
Dicta sup cantica canticor
et Revelaciones bte Birgitte

Sup cantica canticor
It visiones bte Brigitte

Lectura super Cantica Canticorum
Item Visiones B. Brigitte.



Sancti spiritus assit nobis gratia amen

fragrantia unguentis optimis. Ole-
um effusum nomen tuum ideo adole-
scentulae dilexerunt te. Trahe me post te
curremus in odorem unguentorum tuorum. In-
troduxit me rex in cellaria sua. Ex-
ultabimus et laetabimur in te memores uberum
tuorum super vinum. Recti diligunt te.
Nigra sum sed formosa filiae Ierusalem
sicut tabernacula Cedar sicut pellis
Salomonis. Nolite me considerare
quod fusca sim quia decoloravit me sol.
Filii matris meae pugnaverunt contra
me. Posuerunt me custodem in vineis.
Vineam meam non custodivi. Indica
mihi quem diligit anima mea ubi pascas
ubi cubes in meridie ne vagari incipiam
post greges sodalium tuorum. Si ignoras
te o pulcherrima inter mulieres egredere et
abi post vestigia gregum tuorum et pasce
hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.
Equitatui meo in curribus Pharaonis
assimilavi te amica mea. Pulchrae
sunt genae tuae sicut turturis. Collum tuum
sicut monilia. Murenulas aureas
faciemus tibi vermiculatas argento. Dum
esset rex in accubitu suo nardus mea
dedit odorem suum. Fasciculus myr-
rhae dilectus meus mihi inter ubera mea
commorabitur. Botrus cypri dilectus
meus mihi in vineis Engaddi. Ecce tu
pulchra es amica mea ecce tu pul-
chra oculi tui columbarum. Ecce tu pul-
cher dilecte mi et decorus. Lectulus noster
floridus. Tigna domorum nostrarum cedri-
na laquearia nostra cypressina.

Ego flos campi et lilium con-
vallium. Sicut lilium inter spinas
sic amica mea inter filias. Sicut ma-
lus inter ligna silvarum sic dilectus
meus inter filios. Sub umbra illius
quem desideraveram sedi et fructus eius
dulcis gutturi meo. Introduxit
me rex in cellam vinariam ordina-
vit in me caritatem. Fulcite me flo-
ribus stipate me malis quia a-
more langueo. Laeva eius sub ca-
pite meo et dextera illius amplexabitur me.
Adiuro vos filiae Ierusalem per capreas cervo-
sque camporum ne suscitetis neque evi-
gilare faciatis dilectam donec ipsa
velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit
saliens in montibus transiliens col-
les. Similis est dilectus meus capreae
hinnuloque cervorum. En ipse stat post
parietem nostrum respiciens per fenestras
prospiciens per cancellos. En dilectus
meus loquitur mihi. Surge propera amica
mea columba mea formosa mea et
veni. Iam enim hiems transiit imber
abiit et recessit. ~~Surge propera amica~~
~~mea~~ f tempus putacionis advenit. Vox
turturis audita est in terra nostra ficus
protulit grossos suos vineae florentes
dederunt odorem suum. Surge propera
amica mea et veni columba mea in fo-
raminibus petrae in ~~cavernis~~ caverna mace-
riae. Ostende mihi faciem tuam sonet
vox tua in auribus meis vox enim tua
dulcis et facies tua decora. Capite nobis
vulpes parvulas quae demoliuntur vineas
nam vinea nostra floruit. Dilectus
meus mihi et ego illi qui pascitur inter li-
lia donec aspiret dies et inclinentur
umbrae. Revertere similis esto dilecte mi
capreae hinnuloque cervorum super mon-
tes Bether.

In lectulo meo per noctes quaesivi quem
diligit anima mea quaesivi illum et
non inveni. Surgam et circuibo civita-
tem per vicos et plateas quaeram quem diligit anima
mea quaesivi illum et non inveni. Invene-
runt me vigiles qui custodiunt civita-
tem. Num quem diligit anima mea vi-
distis? Paululum cum pertransissem eos
inveni quem diligit anima mea. Tenui
eum nec dimittam donec introducam
illum in domum matris meae et in cubi-
culum genitricis meae. Adiuro vos fi-
liae Ierusalem per capreas cervosque cam-
porum ne suscitetis neque evigilare fa-
ciatis dilectam donec ipsa velit. Quae
est ista quae ascendit per desertum sicut
virgula fumi ex aromatibus myr-
rhae et thuris et universi pulveris pig-
mentarii. En lectulum Salomonis
sexaginta fortes ambiunt ex forti-
ssimis Israel omnes tenentes
gladios et ad bella doctissimi.

bunt que eius super femur suum propter ti-
mores nocturnos. Ferculum fecit sibi sa-
lomon de lignis libani. Columpnas eius
fecit argenteas. reclinatorium aureum
ascensum purpureum media caritate
constrauit propter filias iherusalem. egredi-
mini et videte filie syon regem sa-
4o lomonem in dyademate quo coronauit
illum mater sua in die desponsacionis
illius et in die leticie cordis eius
Quam pulcra es amica mea
quam pulcra. oculi tui colum-
barum. absque eo quod intrinsecus
latet. Capilli tui sicut greges caprarum
que ascenderunt de monte gala-
ad. Dentes tui sicut greges to-
sarum que ascenderunt de lauacro.
Omnes gemellis fetibus et sterilis non
est inter eas. Sicut vitta coccinea
labia tua. eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen mali punici
ita gene tue absque eo quod intrinsecus
latet. Sicut turris dauid col-
lum tuum que edificata est cum propugna-
culis. mille clipei pendent ex ea.
Omnis armatura fortium. Duo ube-
ra tua sicut duo hynnuli capree
gemelli qui pascuntur in liliis. donec
aspiret dies et inclinentur umbre.
Vadam ad montem mirre et ad col-
lem turis. Tota pulcra es amica
mea et macula non est in te. Veni
de libano sponsa mea. veni de liba-
no veni. coronaberis de capite ama-
na. de vertice sanir et hermon.
de cubilibus leonum de montibus par-
dorum. Vulnerasti cor meum. soror mea
sponsa vulnerasti cor meum in uno
oculorum tuorum. et in uno crine colli tui.
Quam pulcre sunt mamme tue soror
mea sponsa. pulcriora sunt ubera tua
vino. Odor unguentorum tuorum super
omnia aromata. Fauus distillans
labia tua sponsa. mel et lac sub
lingua tua. et odor vestimentorum
tuorum sicut odor thuris. Ortus
conclusus soror mea sponsa.
Ortus conclusus fons signatus. E-
missiones tue paradisus malorum
punicorum cum pomorum fructibus

cypri cum nardo. nardus cum croco.
fistula et cinamomum cum uniuersis
lignis libani. mirra et aloe cum omnibus
primis unguentis. Fons ortorum pu-
teus aquarum viuencium. que fluunt
impetu de libano. Surge aquilo
et veni auster perfla ortum meum et flu-
ent aromata illius.
Veniat dilectus meus in ortum
suum ut comedat fructus
pomorum suorum. Veni in ortum meum so-
ror mea sponsa. messui mirram
meam cum aromatibus meis. comedi fa-
uum cum melle meo. bibi vinum meum
cum lacte meo. Comedite amici mei.
et bibite et inebriamini karissimi. Ego dor-
mio et cor meum vigilat. Vox di-
lecti mei pulsantis. aperi mihi soror mea.
columba mea immaculata mea. quia
caput meum plenum est rore et cincinni mei
guttis noctium. Expoliaui me tunica
mea. quomodo induar illa. Laui pedes
meos. quomodo inquinabo illos. Dilectus
meus misit manum suam per foramen
et venter meus intremuit ad tactum eius.
Surrexi ut aperirem dilecto meo. at ille
declinauerat atque transierat. Anima mea li-
quefacta est ut dilectus locutus est.
Quesiui illum. vocaui et non respondit
mihi. Inuenerunt me custodes qui custo-
diunt ciuitatem. percusserunt me et
vulnerauerunt me. tulerunt pallium
meum custodes murorum. Adiuro
vos filie iherusalem. si inueneritis dilectum
meum. ut annuncietis ei. quia amore
langueo. Qualis est dilectus tuus
ex dilecto quia sic adiurasti nos.
Dilectus meus candidus et rubicun-
dus. electus ex milibus. Caput eius
aurum optimum. Come eius sicut ela-
te palmarum nigre quasi coruus. Oculi eius
sicut columbe super riuos aquarum. que
lacte sunt lote. et resident iuxta fluenta
plenissima. Gene illius sicut areo-
le aromatum consite a pigmentariis.
Labia eius distillant mirram pri-
mam. Manus illius tornatiles auree
plene iacinctis. Venter eius eburneus

distinctus saphiris. Crura illius columpne marmoree que fundate sunt super bases aureas. Species eius ut libani electus ut cedri. Guttur illius suavissimum et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus et iste amicus meus filie ierusalem. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum. Quo declinavit dilectus tuus et queremus eum tecum.

[D]ilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatum ut ibi pascatur in ortis et lilia colligat. Ego dilecto meo et dilectus meus michi qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea suavis et decora sicut ierusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. Averte oculos tuos a me quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum que apparuerunt de galaad. Dentes tui sicut grex ovium que ascenderunt de lavacro. omnes gemellis fetibus et sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici sic gene tue absque occultis tuis. Sexaginta sunt regine et octoginta concubine et adolescentularum non est numerus. Una est columba mea perfecta mea. Una est matri sue electa genitrici sue. Viderunt eam filie syon et beatissimam predicaverunt regine et concubine laudaverunt eam. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata. Descendi in ortum nucum ut viderem poma convallium et inspicerem si floruissent vinea et germinassent mala punica. Nescivi. Revertere revertere sunamitis revertere revertere ut intueamur te. vii.

[Q]uid videbis in sunamite nisi choros castrorum. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Iunctura femorum tuorum sicut monilia que fabricata sunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capree. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscine in esebon. esebon que sunt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut turris libani que respicit damascum. Caput tuum ut carmelus et come capitis tui sicut purpura regis vincta canalibus. Quam pulchra es et quam decora carissima in deliciis. Statura tua assimilata est palme et ubera tua botris. Dixi ascendam in palmam et apprehendam fructus eius. Et erunt ubera tua sicut botri vinee et odor oris tui sicut odor malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum labiisque et dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo et ad me conversio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrum commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas videamus si floruit vinea si flores fructus parturiunt si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore dederunt odorem suum in portis nostris omnia poma nova et vetera dilecte mi servavi tibi. viii.

[Q]uis michi det te fratrem meum sugentem ubera matris mee. Ut inveniam te solum foris et deosculer te et iam me nemo despiciat. Apprehendam te et ducam in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee. Ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino condito et mustum malorum granatorum meorum. Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie ierusalem ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

que est ista que ascendit de deserto delicijs
affluens i nixa sup dilectu sue-
um. Sub arbore malo suscitavi te
ibi corrupta est mater tua ibi viola-
ta est genitrix tua. Pone me ut sig-
naculum sup brachium tuum quia for-
tis est ut mors dilectio dura
sicut infernus emulacio. Lampades
eius lampades ignis atq flamma-
rum. Aque multe non potuit exting-
we caritatem nec flumina obruent
illam. Si dederit homo omnem sbam
domus sue pro dilectione quasi nichilo
despiciet eam. Soror nra parvula est et
ubera non habet. Quid faciemus sorori
nre in die quando alloquenda est. Si mu-
rus est edificemus super eam propugna-
cula argentea. Si hostium est com-
pingamus illud tabulis cedri-
nis. Ego murus et ubera mea sicut
turris. Ex quo facta sum coram eo
quasi pacem repiens. Vinea fuit pa-
cifico in ea que habet populos. Tradi-
dit eam custodibus. Vir affert pro
fructu eius mille argenteos. Vi-
nea mea coram me est. Mille tui
pacifici et ducenti hijs qui custodi-
unt fructus eius. Que habitas in
ortis amici auscultant te. Fac me
audire vocem tuam. Fuge dilecte
mi et assimilare capree hynnuloq
cervorum sup montes aromatum
Explicit textus libri canticorum

//Venerabili confratri suo domino venerab
benedicto abbati. G. libros .dd. ut
vestro examini possis nunc primo
inchoando examinare successor eius libros
Salomonis et examinari iusto esse asse-
rens ut qui primum opus ma-
gno sudore elaboravit optuli et
quod secundo loco opus stilo elucida-
tum debeam offerre. Fieri itaque quasi iussi-
sti in libros Salomonis qui i tytulantur in-

canticum canticorum multorum ore celeb-
ratum //prologus// intellectum reportantem
ac opus de tuo obsequium omnibus
studiosis eius sed illustrans elucida-
ri eius in partem laborem asserens se-
ntencias vel auctoritati relinquens.

//In principio librorum tria requiruntur
scilicet auctor materia intencio// Auctor ut
noveris nomen scriptoris utrum ethnicus
an fidelis utrum catholicus an he-
reticus sit exhortaciones ut sciamus utrum de
fidelibus an de impijs vel de fabulosis
rebus tractet. //Intencio ut cognoscas
utrum rerum de quo tractat fundat vel
libri lectus quid utilitati consideret
Auctor huius libri est spiritus sanctus loquens
per os sapientis salomonis huius libri scripto-
rem qui fuit rex sapientissimus
Iherusalem precipuus. Ideo non legitur liber
Salomonis. Secundum liber sapientie. Cum
Salomon tria volumina hebraice condens
edidit que tres partes philosophie scilicet ethi-
cam phisicam et logicam describunt// Pro-
verbia namque ethice attribuunt ut ibi
Audi fili mi disciplinam patris tui et ne dimittas
legem matris tue. Ecclesiastes vero phisice assignatur
in quo naturas rerum differunt ut ibi Omnia
flumina intrant mare et adlocum unde
exeunt revertuntur ut iterum fluant. Cantica vero
canticorum logice contulit in quibus ra-
cionale predilectorum dei coniugi docuit
ut ibi Fortis est ut mors dilectio
aque multe non potuerunt extinguere. Auctor est sed
nota. Ecclesiastes autem dicitur quod est unum in voce
diverso secundum diversitatem in significatione ut
leo. Est enim leo celeste sydus in celo
est et leo terrestre bestia in terra. Est et
leo aquatilis piscis in mari. Est
quarto leo nomen hominis apostolici vel
imperatoris. Est alio pictura vel scrip-
tura. Sic et auctor est equivocum. Est
auctor civitatis fundator vel conditor ut ro-
mulus rome. Est et auctor scelere
princeps vel signifer ut iudas Christi
mortis. Est quarto auctor libri compo-
sitor ut David psalterij Plato thymeri.
Est autem auctor quem albinge-
do dictum exhortatio liber est sponsus et
sponsa i Christi et ecclesia ut in ecclesia legitur

Hec nuptie erant cum rex celi filio suo Jhesu Christo humanam naturam copulavit / Ubi thalamus virginis uterus fuit / Unde ut sponsus de thalamo processit / publicanos sub lege invitavit

Ut scribitur etiam de sponso sponsa et
Et iterum Decem virgines exierunt ob-
viam sponso et sponse / Cristus vero
est proprie sponsus ecclesie quia sicut
sponsus sponse carnaliter iungitur
et unum cum ea efficitur / ita Cristus per assump-
tionem carnem ecclesie associatur / Supra
prerogativa corporis eius ei incorpora-
tur et corporis eius assidue cum imperio
ipse regitur. mens quod eius omnibus el-
lecti per fidem et dilectionem ei tamquam
membra eius erunt / Hic liber
agit de nuptiis / que fiunt quatuor
modis. historialiter / allegorice / tropo-
logice et anagogice Juxta historiam
fiunt nuptie duobus modis aut car-
nis commixtione / aut sola desponsatione
Sola namque desponsatione ut Jo-
seph et marie / Carnis commixtione
ut Salomonis et filie pharaonis /
qui sibi copulaverunt in matri-
monio antequam domum suam
quam dominum edificavit / Juxta alle-
goriam quoque fiunt nuptie duobus
modis / Uno quo verbum dei carnem
sibi coniunxit i. quo deus car-
nem humanam assumpsit / quam in
dextra patris collocavit in solio glorie
exaltavit / Alio quo Cristus deus ho-
mo / sanctam ecclesiam i. unam sanctam fide-
lium multitudinem per commixtionem
sui corporis sibi univit quam et
in sanguine suo lavit et sacra-
mento baptismatis mundavit
et variis donis spiritus sancti et ceteris
nuptiis dotavit / Juxta tropologiam
etiam fiunt nuptie duobus modis
Uno quo anima Cristo per dilectionem co-
pulatur Alio quo anima quod est inferior
vis vel ratio hominis spiritui quod est
superior vis eius per consensum
divine legis coniungitur / Ex quo coniugi-
o spiritualis proles i. bonum opus gignitur
Juxta anagogen nichilominus fiunt
nuptie duobus modis Uno quo
Cristus a morte resurgens nobiscum ho-
mo ad celos ascendit et multitudinem
angelorum sibi sociavit / Alio quo ad-
huc post resurrectionem totam ecclesiam in
visione divinitatis sue glorie copulabit

Tres nuptie leguntur in evangelio. Prime
similis est regnum celorum homini qui fecit
nuptias filio suo / Secunde / vos
similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nup- luce xii
tiis et que parate erant intraverunt cum eo ad nup-
tias / Secunde nuptie fiunt cum Cristus
nobiscum homo ad celos ascendit cum multi-
tudine angelorum Ad has nuptias
omnes gentes per apostolos convocavit
Tertie nuptie erunt cum per angelos
ecclesiam celestem ipse tunc consola-
mento regni glorie divinitatis visione sibi
coniunget / Ad has nuptias plures vocavit
multos nolentes traxit / multos nolentes
intrare compellit / De hiis nuptiis
materia huius libri contexitur / Et ideo
epithalamium i. nuptiale carmen
dicitur / Intencio eius est erudire ut quod-
libet anima de sponsa Cristo sponso
per dilectionem coniungatur / Que dilectio in quo
dividitur scilicet in dilectionem dei et proximi. Di-
lectio dei proximi est deiformis / quod quod tibi
non vis fieri alii non feceris / et quod
volueris ut faciant vobis homines facias eis
Similiter dilectio dei conformis est
ut precepta eius faciamus ut scribitur
Si quis diligit me sermonem meum
servabit / Titulus huius libri est canticum
canticorum i. laus laudum / Sicut
enim in lege quedam dicuntur sancta
quedam sancta sanctorum huius sermonis ita
canticum canticorum dicitur / quia omnibus
canticis preferitur / Quedam namque sunt
cantica victorie / ut Cantemus domino
Quedam gratiarum actionis ut exultavit Luce i
cor meum / Sed istud canticum de nup-
tiis eterne canitur / ideo omnia can-
tica precellit / Hoc autem differt inter
carmen et canticum / quod carmen lege car-
minis metri scanditur. Canticum vero
modulando canitur / Est autem canti-
cum iocunditas mentis de eternis / et in-
telligitur bona vita per quam acquiritur
iocunditas eterne exultationis / Et secun-
dum hunc quod hec verba osculetur me osculo
oris sui / non sunt canticum / sed cantico agitur
quia bonorum vitam
iustorum que in dilectione consistit canit
Canticum super est vita iustorum Canti-
cum canticorum est vita perfectorum / Liber

canonum est enim lib(er) bachus dei
bini est et lib(er) homo ingenuus est
et lib(er) in tres cortices qui de arbore
trahitur in quo antiqui solebant scri-
bere et librum dicebant. Est etiam
lib(er) in quo legitur. Hic lib(er) et similes co-
mmuniter agiographie. Sacra quippe et
scriptura. Dividitur enim in novo et vetere
testamento. Veteris enim testamenti
scriptores prophete fuerunt. Novi autem scrip-
tores testamenti apostoli fuerunt. Utriusque
vero auctor est spiritus sanctus. Vetus aut-
(em) scribitur. Audiam quid loquatur in me
dominus. Novi enim intelligitur. Non enim
vos estis qui loquimini sed spiritus p(atris)
v(estri). Vetus testamentum partitur in tria
in historiam, prophetiam, et agiographiam.
historia est que narrat preterita ut
genesis. prophetia que predicat futura
ut ysaias. Agiographia que narrat
eterna ut david. Sunt autem agio-
graphie vii libri qui continentur
septem donis spiritus sancti. scilicet Job. Da-
vid. parabole salomonis. Ecclesiastes. Can-
tica. lib(er) sapientie. Ecclesiasticus. Vocatur
Job a spiritu sapientie. David
spiritu intellectus. parabole salomonis
spiritu consilii. Ecclesiastes spiritu fortitu-
dinis. Cantica spiritu sapientie. Sed
lib(er) sapientie spiritu pietatis. Jesu
filii sirach spiritu timoris. Hec sunt
septem columpne quibus sustentatur
et magna domus sapientie. Et notan-
dum quod cantica spiritui sancti assig-
nantur quia scientia totius sacre scrip-
ture cantica includit. Post hec et
hoc notandum quod cantica in quinto lo-
co agiographie vel codice ponitur. quod
quinque sunt gradus amoris scilicet
visus, alloquium, contactus, osculum
et factum. In primis enim puella visitur electa
deinde alloquitur electam. amans
tertio blando contactu amplectitur.
quarto osculatur. quinto res facto
peragitur. Sic deus per multam electam
in patriarchis visitavit per destinationem eli-
git. [illegible] abrahe dixit. in semine tuo
benedicentur omnes gentes. In mon-
te prophetis hanc allocutus est dicens

Et scias quod proprio vel dabo vel terram flu-
entem lac et mel. Hanc presentia sue
carnis tetigit dicens. Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati estis
et ego reficiam vos. Hanc osculatus est
dum victor mortis resurgens pacem
amissam ei reddidit dicens pax vobis.
Adhuc factum restat quod tunc erit quando
erit [illegible] iudicio introducet dicens.
Venite benedicti patris mei. Omnis liber
sacre scripture habet partes distinctas et
partes non signatas. Ubi gratia populorum
dividitur in tria, et per sex tria. scilicet tempora
ante legem, sub lege, sub gratia. quidam
omnes iusti contra vicia et pro virtutibus pug-
naverunt. Psalmi cantica qui psallimus
et decadas distribuunt que velut
totidem gradus tendunt simul ad
celestia erecte in serviunt. Per quid victores
de valle lacrimarum sursum ad altio-
rem. Sunt ab oriente et sponse addu-
cta quorum multitudo electorum ante legem
in fide patriarcharum est collecta. qui credi-
derunt deo promisso in semine tuo benedi-
centur omnes gentes in christo. Ame-
ridie et sponse adducta quorum turba
prophetarum sub lege in fide patriarcharum
est collecta qui crediderunt deo dicenti.
Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius
emanuel quod est nobiscum deus. Qui fuit
deus [illegible] et sponse ad-
ducta quorum multitudo gentium sub
gratia per apostolos ad fidem est collecta. Ab
aquilone sponse adducit quorum
sub anno turba in fide [illegible]
conversi. Ab oriente principes cum
iudicis iuvenibus procedentem
senilis. Ab aquilone decrepitus ac-
cepit. Sapientia quotidie magna
multitudo perfidorum et ancillarum in ample-
xum sponsi colligitur. Cantica dum
isto libro per x partes notantur. quibus
una quod post assignatur. scilicet prefatam
personam omnibus regis babilonis. Personam
iuvenem per mandragoram. Sunt ancille
in die in significatione [illegible] filia
salomonis regalis et pharaonis
regalis et salomoni in coniugio copulata.
Et regina austri que filia regis ba-
bilonis significatur. Dicitur regalis in tem-
pore domini venit anno et gentibus ornata.
[illegible]

Hic lib(er) in quatuor partes dividitur quod ecclesia sponsa quam tantum de quatuor mundi plagis per
quatuor evangelia mathei sponsi colligitur ipso dicente venient ab oriente et occidente
a meridie et aquilone et recumbent cum abraham et ysaac in regno celorum

quorum victoriam

Sunamitis autem et amindagora hec est
puella super capite posita hoc ponitur.
Filia pharaonis ideo ab oriente
est adducta. Regina autem austri
in finibus a meridie adducta. Su-
namitis ab occidente in quadriga
aminadab est adducta. Amandra-
gora ab aquilone [illegible] collecta et
in manibus adducta. Filia pharao-
nis gens hebrea fuit que sub im-
perio pharaonis fuit nata. Quam
Salomon sibi sociavit quando deus eam
de egipto transtulit et in medio plantavit.
Hec in turri sponso adducitur quia in
lege veteri adducta perducitur super ipsa
turri dei deservit et turris pharao-
nis ascenditur. Dum plebs hebrea
lege dei derelicta more principum suorum
ydolatriam arripuit reges videlicet et
sacerdotes. Idem turris pharaonis
fuit dum egiptiacam ydolatriam per
duos vitulos in bethel posito deo in-
duxerunt. Si quidem pharao dicitur de-
nudans vel dissipans et est dyabolus
qui eos cultu divino denudavit et eos
in variis erroribus dissipavit. Porro
hec sponsa venit ab oriente quia prima
in mundo cultum dei suscepit et per
solem iusticie per carnem pertulit. Filia
regis babilonis id est dyaboli est gentili-
tas. Babilon enim dicitur confusio
et est hic mundus et in quo ... confusum
est genus humanum. Rex igitur
est dyabolus qui imperat omnibus
in peccatis confusis. Cuius filia est gentili-
tas in confusione ydolatrie nata. Sed
hec fuit regina austri venit ad Salo-
monem per spiritum sanctum quia iam post illu-
strata venit in celis regnatura ad
verum pacificum Christum qui eam ad tem-
plum domini in eo duxit quia Christus eam tem-
plum dei vivi fecit. Hec aurum et gemmas
in ornatum templi attulit et per propria
ornamento virtutum domum dei id est
se ipsam ornavit. Venit autem vocata in
timidis quia docta apostolis que ad

veritatis arces docendis ut tamen ad
honorosa portandum habiles sunt per-
tinet distorti erant et deformes. Hec
quod a meridie venit ad sponsum quia
de fervore mundane glorie ad illum
se contulit. Sunamitis autem ab occi-
dente venit in quadriga aminadab.
Sunam est civitas de qua illa Suna-
mitis fuit cuius filium Helizeus a mor-
te suscitavit qui prius giezi cum baculo
misit sed mortuum suscitare non potuit.
Venit Helizeus et se inmensurans est mor-
tuo et suscitatur continuo. Hic mor-
tuus fuit genus humanum. Cuius
baculum super mortuum posuit moy-
ses fuit qui legis baculo super mor-
tuos in peccatis posuit quod eos magis oppres-
sit non resuscitavit. Helizeus quidem
dei mei salvus filius nobis datus est Christus
filius hic in similitudinem hominis mor-
talium factus mortalis mortuo su-
scitatur genus humanum. Porro Su-
namitis dicitur captiva et est synagoga
adhuc in perfidia a dyabolo captiva
hec ab occidente sponso adducetur
quia in fine mundi ad fidem convertetur et
hec in quadriga aminadab. Ami-
nadab est sacerdos in cuius quadri-
ga in archa archa est reducta
olim ab allophilis capta. Archa de-
notat ... qui vero de syna-
goga ad eam se transtulit archa
ad viam reducetur quia sub Helya et
Enoch Christo ad ... convertetur
Aminadab dicitur spontaneus
populi mei et est Christus qui spontanea mor-
te oblatus est patri. Huius quadri-
ga est ewangelium in qua vectus est
per mundum. Rote ergo quadrige sunt iiij or
ewangelia. Equi sunt apostoli qui hanc
quadrigam traxerunt dum ewangelium
per universum mundum predicaverunt. Vnde
dicitur Ascendens super equos tuos
et quadrige tue salvatio. Super hanc
quadrigam Sunamitis sponso addu-
cetur quia synagoga per ewangelium in con-
sortium ecclesie recipietur. Amandragora

vel i. puella sicut capitur leo[?] ab castro[?]
mandragora est herba formam ho-
minis habens sed capite carens, et multi-
tudo in fidelium intelligitur post anti-
christi occisionem. cui mandragore
caput est amputatum dum antichristus
occiditur, qui caput omnium malorum
fuerit. Quia tunc Iudei Christum recipi-
unt de agone in fidelitate
respondent ei in sanctitate. Hec de agro tol-
litur quia de mundo tota. Hec turba
ad fidem aggregatur. In manibus apponi-
tur quia per meritum operum passionum Christi
associatur. In hiis quatuor precedentibus
materia huius libri capitur. Deinde totius
contextus huius libri

3 Imperator superneri publice viole.
Christe regem genuit sibi filium que
legem. Hunc constituit regem per quem
fecit secula. Cui ut pietas posset
Christe regem regni desponsavit
ei pater reginam videlicet
angelicam et humanam naturam. Inter
quidem principes tirannidis accipit
et similis esse altissimo voluit. Cuius
tirannidi regina consensit ... impera-
torem deserens, et eterno dampnata
supplicio vel exilio, cuius mox con-
cubina in dignitate est prelata. Regis et
reginae attitulata, quia regina tunc ideo
et dilata quia non dominum erat per forte or-
nata vel attitulata. Dominum enim erat
ornatus. Hunc autem non est obedientia domini
mandati. Regis ergo filius electam
ad regni coronam in paradiso quasi in cubi-
culo ornandam locavit. Malum orna-
tus preceptum deo mandans ut se
obedientia ornaret, pondere que ornatum
et aulam nec non regni recipe. Hec
emula videns et videns quod or-
natum et aulam temporalem regni
reciperet, tacta dolore cordis in tu-
pitus in fidelem sibi indignitatem per-
ri se gloria et honore privari in tanta
cellulam decepit ornatum obedientie
non sibi prodesse sed magis obesse re-
tulit ornatum. Hec autem accepta accepit
dominum sibi magis quam deo obediens
persuasit. Unde sponsus offensus quia

ipse deum ornatum abiciens, primo e-
mula sue ipse repudiante de ipsa
de cubiculo paradisi eam expulit, que
super tamen diu in exilio, donec amissum
ornatum ab emula reciperet, esset que
sponsi coniunx pararet regni. Hec
autem debuit sibi viribus nec non resisten-
tiis resistendo et mandatum usque
ad mortem obediendo. Hunc obedientie
ornatum Hunc regina non recepit
quam Christus obediens patri usque ad mor-
tem fuit, hoc est obediendo Christi
sanctitatem accepit, tam fortis deo con-
stantius tenuit, quod nec morte superari
eam deperiit. Hunc ornatum sic recep-
tum tamen semper sponsi. porta reti-
nuit, quod nec mille mortibus abiecit capi-
potuit de paradiso igitur expulsi. per
recipiendo ornatum in mundo errabat
quod adhuc nec legem nec doctorem ha-
bebat. Hanc gigantes qui latrones
ab emula erant tamquam magistri i de-
mum duxerunt, et multorum viciorum sordibus
polluerunt. Cuius miseriam sponsus
condolens, eius hostes diluvio de-
levit, et ipsam deo noe quasi pedagogo
custodiendam dedit. Cui noe tamquam ar-
che qui stole custodiendam tradidit in
qua in mundi et inmundi animalia pari-
ter mundo deficit, ibi est docta quod noe
signum sibi Christum archam nobis tunc fuit
emendi per fidem mundi animalia essent,
hinc immundo ventres [?] immundi ille-
site se pollientes Diluvium autem sig-
nificavit baptismum, qui esset pro diu
peccatorum et spiritualis mystice. Corbus de
archa egressus et non regressus essent heretici
fuerunt de archa egressi et non reversi. Co-
lumba vero cum oliva rediit et qui spiritus
sancti gratia in missi vel simplices baptisati
ad primum redeunt. Deinde in fine e-
mule eius hostes turrim edificaverunt,
regina autem publice impugnavit. Nabu-
chodonosor sponsi: ad templum, et adulte-
rium aculeum dum adulterium ydoli in-
tenderent, sed a Babilonia sponsus assumpsit
hinc[?] Abraham hostium confidens domi-
gens eo[?] fidelem eam, quam sub custodia
Abrahe amici sui in fidem commisit

non obedia

Baptismus noe Christo di...

ebric

Corbus heretici

Columba spiritus sanctus

Abraham custos ...

qui cum de mesopotamia conversus
in terram promissionis introductus in qua
audire meruit in semine tuo benedi-
centur omnes gentes. Et iterum possi-
debit semen tuum portas inimicorum
suorum. Ibi quoque genuit ysaac heredem
mundi. Ibi didicit quod abraham quod so-
nat pater multarum gentium christus in precem
generacionum futurum omnem credencium progig-
neret. Et sara que dicitur princeps carnem
christus significat qui principatum eminentem [illegible]
in celo obtinet. Et quod semen abrahe
christus sponsus suus foret in quo omnes
gentes benedicende essent. Por-
te autem inimicorum essent loca ipsorum
angelorum in quibus ipsa locanda esset.
Et ysaac qui dicitur gaudium significet
gaudium quod in hereditate paravit mesopo-
tamia [illegible] quod sonat in firma se-
culi [illegible] divitie volentes mundi
honores essent [illegible] christus eciam edu-
xit sit in terram repromissionis id est in paradi-
so introducat. Hunc [illegible] a-
brahe eciam in veritate de mesopo-
tamia ysaac adduxit [illegible] ingressus
sumpsit et duos filios genuit
unum quem [illegible] benedicit alterum quem repro-
bat. Cui etiam rebecca [illegible] dicitur
Due gentes in utero tuo sunt et duo
populi de ventre tuo dividentur populusque populo
maior serviet minori. Cui [illegible]
signum doctor protulit qui rebeccam
quod pacienciam sonat id est ecclesiam multa pro-
passuram de mesopotamia id est de fluc-
tibus seculi conductam ad ysaac qui
gaudium dicitur id est ad christum verum gaudium
perduxit. Duo filii sunt duo ordi-
nes in ecclesia scilicet [illegible] quod ad divina
officia benedicitur laycalis [illegible]
[illegible] officio arcetur. Duo populi sunt spiritua-
les et carnales in ecclesia quibus car-
nalis maior in mundo servit spirituali mi-
nori in eodem. Deinde lyam et rachel
jacob [illegible] [illegible] [illegible]
alta [illegible] stellis sunt. Deinde illa
genuit qui egipto [illegible]
[illegible]. Unde [illegible] mundi dictus
est jacob qui dicitur luctator ac videns

deum et christus qui cum diabolo [illegible]
luctamen [illegible] [illegible] deum [illegible]
vidit. Due uxores sunt due vite
scilicet activa [illegible] carnalibus
Contemplativa stellis spiritualibus
Cui [illegible] filius est qui mundo estime-
batur dei filius verus salvator mundi
post hec [illegible] [illegible] egreditur egip-
tum [illegible] pharaone [illegible] [illegible]
[illegible] clamanti moyses doctor ac duc-
tor in auxilium mittitur. Cui sanguine
agni cum de egipto rediit cum spo-
liis egipti per mare rubrum [illegible] hostes
in suis [illegible] [illegible] Sina
legem [illegible] tabernaculum de spoliis e-
gipti fecit. pane celi et aqua de
petra producta reficit [illegible]
[illegible] in terram repromissionis
introduxit devictis hostibus terram eorum in
possessionem ei distribuit [illegible]
[illegible] ubi [illegible]
[illegible] doctrine [illegible] a-
diabolo multis erroribus subiugatum
donec verus doctor christus advenit qui
cum sanguine suo et agni inmacu-
lati de errore [illegible] diaboli redi-
mit. Cui [illegible] baptismate [illegible]
abluit [illegible] hostes in mari obruit
evangelica doctrina erudivit [illegible]
sanguine suo refecit [illegible]
que spolia egipti [illegible]
[illegible] pugnare
eum docuit qua adhuc [illegible] verus
salvator in terram promissionis id est in
paradisum introducens hostibus eius
[illegible] demonibus [illegible]
mansiones regni celestis [illegible]
[illegible] distribuet. [illegible] spon-
sa [illegible] sampson [illegible] [illegible]
[illegible] hostibus
[illegible] victor egreditur [illegible]
[illegible] capit. Sampson qui dicitur [illegible]
christus [illegible] qui [illegible] in [illegible]
[illegible] sepulcro [illegible] custo-
dibus obsidetur [illegible] portas inferni
confringens demones prostravit. De
sepulcro surgens milites fugavit
[illegible] victor penetravit.

18

Hanc mulierem David in solario deam-
bulans nudam vidit unde concu-
pitam duxit, quo occiso eam copulavit
de qua filium sapientem genuit. David
qui dicitur desiderabilis est Christus totus de-
siderabilis, qui in solario celi in patris
gloria manens gentilitatem vitiis
spoliatam in mortalitatis denudatam
vidit, dyabolo sociatam. Voluit vi-
as eius [illegible] Dei [illegible] et
fugit dyabolum qui se transfigurat in ange-
lum lucis [illegible] in ydolatria [illegible]
per conversionis [illegible] eam sibi [illegible]
filios [illegible] sapientie amatores genuit
qui David omnia misteria sponsi
et sponse i.e. Christi et ecclesie in psalterio [illegible]
do [illegible] et Christus sensus [illegible] aperuit
ut intelligerent omnia que in lege et prophetis et
psalmis de eo scripta erant. Secun-
dus hanc [illegible] in filia pharaonis
sibi copulavit. Hanc regina [illegible]
in templo domini suscipiens multis mu-
neribus dotavit, quia templum ipse de
[illegible] lapidibus [illegible]
dibus, de lignis cedrinis [illegible]
[illegible] edificavit. Hanc in parabolis
[illegible]
tiis [illegible] docuit. Salomon qui so-
nat pacificus est Christus pax vera, omnia in
celis et terris pacificans, quem [illegible]
etiam de egipto venientem quasi filiam
pharaonis sibi in fide copulavit
[illegible] de gentibus venientem [illegible]
[illegible] suscipiens sic fidem
sociavit quia [illegible] do-
tavit. Hanc quasi in templo celi recipiet
quasi de [illegible] or-
dinibus electorum [illegible]
bus virginibus construet. Com-
[illegible] in [illegible] sunt qui lapides [illegible]
qui sunt in [illegible] operibus [illegible] Conti-
nentes vero sunt ligna cedrina quorum
opera sunt imputribilia. Virgines autem
sunt ut aurum [illegible] quia pura castitate et
[illegible] fulgescunt. [illegible]
[illegible] in parabolis [illegible]
[illegible] in parabolis [illegible]
[illegible]
[illegible] sponsi in [illegible]
[illegible] ecclesia docuit

bilonem captivantur. Sed [illegible] cogno-
mine Christi accepta [illegible]
nisi sacerdote [illegible]
doctrina [illegible] in membris suis in multas
[illegible] capta [illegible]
torum deo et angelis confundit. Sed per eius
[illegible] sacerdote [illegible]
[illegible] celestem [illegible]
[illegible] usque ad mortem certavit et martiri-
[illegible] sanguinem fuderunt [illegible]
[illegible]
sponsam suam in periculis constitutam [illegible]
[illegible] amisso ornatu [illegible] sua
recepta [illegible] baptismate [illegible]
bus abluit, doctrinis signis [illegible]
[illegible]
ipsum ad [illegible] eius [illegible]
sanguine suo eam ornavit signo crucis sig-
navit, impletis i.e. [illegible]
[illegible] in celum abiit [illegible]
[illegible] signis
[illegible] usque ad ipsam mortem de-
certavit et martiris eius successores
sanguine suo eam illustraverunt doctores
scripturis eam ornaverunt. Postea autem
ornatam [illegible] hanc
sponsam in celestem [illegible]
adducet qua in palacio glorie collocatam
consortem regni faciet. Et hec magno [illegible]
notandum quia multis malis eam [illegible]
[illegible] eius sepe temptaverunt [illegible]
[illegible] dolis [illegible]
[illegible] sponsi [illegible] [illegible]
[illegible] replicem
[illegible] eius Abel [illegible]
[illegible] malis
[illegible] patriarchas va-
riis modis afflixerunt, Joseph [illegible]
[illegible] eius [illegible] venditio [illegible]
[illegible] ipsum in egipto [illegible]
[illegible]
[illegible] filios
eius crudeliter necaverunt. De egipto
egredientem [illegible]
[illegible] repromissionis [illegible]
[illegible]
[illegible] prophetas eius [illegible] penis oc-
ciderunt. Machabeos crudeliter [illegible]
[illegible]
[illegible] membra [illegible]

pems p iudeos p gentiles disp-
serunt i mispe mortibus mactanit
Demu p hereticos falso dogmate
p falsos xpianos vbiq̃ lexarunt
ut hijs omnibus ei no placuerunt
adhuc sub antixo cor dare omnib
modo temptacionu i stabunt ei
ut cum scdecimo sponsi alterit
ut p missiz coronaz pdat z mi
nime placebunt quia ipsa eternu
glaz gpacia ipi vo etemu suppli
ciu p inuidia sbibunt hanc ad
huc pueller ante legem primarche
signis dno erudierunt hanc
adoltam sub lege aplis tepsitur
adhonestatem i formauit hac
nobilez sp̃gna apti signis doc-
mis rex emplis ornamit hanc
adhuc thorus angelorum letica
rexultacione adducet i templu
regi quia rex glie glia r honore
coronabit i talamo gaudij sibi co
pulabit qui se ipm ut est pri ce
lis manifestabit hij vj etatu i
crementa p diuisi seculi tpa di
stinguntur Nam i fancia eius
ab adam usq̃ ad noe eius pue
ricia anoe usq̃ ad abraham
eius adolescentia ab abraham
usq̃ ad dauid eius iuuentus a
dauid usq̃ ad captiuitatez babilo
nis eius senectus a captiuita
te babilonis usq̃ ad xm eius
decrepitas a xo usq̃ ad finez mundi
De hijs actibus de hijs etatibus de
hijs tribus talis contexitur spon
se huius scripture liber Nec hoc pt
ereundum q filia pharaonis habet
i comitatu puellas sc̃ apostolos et
oms iustos ab abel usq̃ ad latro
nem ffilia aut babilonis habet
i comitatu aplos martires confesso
res virgines z oms electos acen
tione q dixit Ve filius dei cum
ite usq̃ ad helyaz z enoch Simi-
liter non habet i comitatu oms qui p
pdicacione helije z enoch p persecucione
antixi sanguinez suu fuderunt uel i
fide x obierunt Ex aduerso aut
habet i comitatu oms q post mor-
tem antixi p totu mundu ad penitenciam
conuersi sunt hijs vtile plibatis ad
litteram accedimus huius accessus talis e

Filius pharaonis regis id est xpi
desponsauit sibi filiam
regis babilonis pi tenuerios de-
bet illa fuit Eius q dns dz et illi
Dns in z rex regu r dns dnanci
um rex glie z princeps pacis Et illa
z pulcra Et illi Eius pulcritudinez
sol z luna mirantur quia ipse speciosus
forma p filijs hominu r totus desi
derabilis i quez angeli desiderant p
spicere Et illa Est potens Et illi
potestas eius a mari usq̃ ad mare Et
illa Est diues Et illi Glia z diuicie
i domo eius r torrentes voluptatis
Et illa honoratur muneribz Et illi Re
ges tharsis ni insule v Et illa Omnis
z fructus eius Et illi Oms gentes
seruient ei Et illa Cuie z laus eius
Et illi Oms gentes magnificabunt eu
hijs auditis ruditi ipse dns dz re
mat rosculetur me o sculo oris sui r
loquatur m q sibi placent r faciam
voluntatez eius Rex celestis id est
dns cuius filius e xs Rex babilonis
i huius mundi z diabolus ut scribitur
princeps mundi iudicatus e Cuius filia
fuit huana natura imitacione peti
facta natura cr asse modo dicitur pz
duobz generacione z duobz imitacione
Generacione dz deus pater huani generis
Abrahez pater ij sancti imitacione pz
dz iustorum ut ibi Estote pfecti sicut
pater vester qui i celis e Joh imita
cione dz diabolus pater malorum ut
ibi Vos ex patre diabolo estis hinc
i malo imitando humana natura
facta eius filia hanc filius dei de
sponsauit dum pirmaciis i nominatur
quia huanam naturam i se suscipere dis
posuit inter medios misit dum p
phetas hoc huano qui inuitare to
tenti cum q pa facti sut dum

gloriam et potestatem regalia in signum in mundo peruenturi sunt. Et duobus modis sponsa accipitur, id est humana natura quam accepit, et ecclesia quam sibi incorporavit. Humana quippe natura ei nupsit, dum in unitate eterne nature eam assumpsit. Ecclesia adhesit ei nubendo, cum eam in societatem regni recipiet. Hec in duos, que in duas personas dividitur, in synagogam et gentilitatem. Ad synagogam prophete fuerunt in nuntium, ad illam vero missi sunt apostoli. Secundo de hiis duabus est una sponsa, id est catholica ecclesia, que Christo per nuntios adducta, que ei per fidem iuncta et nupta. Hec igitur sponsa adventum sponsi desiderat dicens

Osculetur me osculo oris sui. Ac si dicit: in lege et in prophetis commonitoriis

me per eos salutavit; qui tot secreta per eos mihi mandavit, ipse veniat et suo osculo me salutet, et ipso ore suam voluntatem mihi aperiat. Sacra scriptura quatuor modis intelligitur: scilicet allegorice, hystorice, tropologice, anagogice. Et per mensam propositionis in tabernaculo exprimitur, que quatuor pedibus fulcitur. Tabernaculum ecclesia, in qua Christo militatur; mensa est sacra scriptura, in qua est propositio panis, id est refectio animarum. Quatuor pedes sunt quatuor intellectus, scilicet hystoricus, qui res sicut gesta narrat; allegoricus qui de corporali res exponit; tropologicus qui ad animam respondet (?) refert; anagogicus qui de superna vita intelligitur. Ezechiel in visione dei quam divinitus mundi ... futurum providit, in terra rotam in rota vidit, quem quatuor facies habuit, et spiritus vite erat in eis. Hec rota est sacra scriptura. Rota in rota est nova lex in veteri latens. Quatuor facies sunt quatuor intellectus, scilicet hystoricus, allegoricus, tropologicus, anagogicus. Spiritus vite erat in rotis, quia doctrina eterne vite latet in scripturis. In hystoria res prout gesta est narratur. In allegoria vero in scriptura nomine considerantur. In tropologia autem res gestas compa(rando) investigatur. In anagoge vero similitudo rerum pensatur. Verbi gratia: hystoria est res quod Salomon fecit templum in

Iherusalem viginti annis. Allegoria est quia Salomon dicitur pacificus, et Iherusalem visio pacis, id est ecclesia, quam Christus sibi fecit templum ex vivis domus spiritus sancti. Tropologia est quia sicut Salomon ex lignis et lapidibus templum construxit, ita quisque fidelis in anima sua deo ex bonis operibus templum facit. Anagoge vero quia Salomon ex preciosis lapidibus templum in Iherusalem fecit, ita Christus in celesti Iherusalem ex vivis lapidibus et ex omnibus electis templum constituit. Est ergo hystoria

filia Pharaonis Salomoni coniungenda audivit nuncios eius amore devicta. Nolo per eos maiores ulterius salutari, ipse Salomon osculetur me osculo oris sui. Allegoria vero sic: Salomon est Christus, filia Pharaonis est ecclesia que in lege nunctiis id est prophetis audivit dicens: Quamdiu per vos osculatus et consolando et pacem promittendo, ipse tandem osculetur me osculo oris sui, id est totiens promissus prophetis tandem incarnetur et presencia sua osculetur me, et ipso ore pacem olim promissam in redditam loquatur. Osculo dei quod ore porrigitur per osculum ipse pax, per os autem patris id est filius intelligitur. Deus quidem alieno ore osculatus est sponsam, quam olim multifarie multisque modis loquens in prophetis; quandoque ipso ore osculatus est, cum novissime diebus istis locutus est in filio dicens: Pax vobis, quia scilicet dicit pacem regni, quam in paradiso per dyabolum amisit, perditam tamen ut vos relictam noverit. Primus enim homo propter inobedientiam de paradiso expulsus perdidit pacem regni dei et humani generis. Primam igitur ecclesiam scilicet Abel et alii iusti usque ad Abraham, deinde patriarche usque ad Moysen, deinde prophete usque ad Iohannem Baptistam prevenientes in spiritu hanc pacem per Christum reddi optant, cum eius incarnationem. Sicut mox eo nato angeli annunciaverunt pacem redditam dicentes: Pax hominibus bone voluntatis. Dicit ergo sponsa: Osculetur me osculo oris sui. Ac si aperte dicat: Sponsus meus qui me de paradiso propter amissum ornatum offensus expulit, regnum suum michi reddat

ipse in eius presumpcionem carnem induit
et spiritum incarnatus et osculum pacis red-
dit. Angelo cum caro carni coniungitur
et spiritus spiritui sociatur. Ita Christus per carnem
ecclesie est coniunctus et racio eius divi-
nitati sociata per spiritum. Per tactum quoque carnis
amor proximi, per tactum autem spiritus di-
leccio dei exprimitur, per quam Christus ecclesie co-
niungitur. Aliter humana natura sponsa de-
signata, prophetarum via et fidelium de-
siderium dicit: Osculetur me osculo oris
sui, quasi diceret: Dei filius in sponsus
promissis veniat et me humanitatem
osculando sibi coniungat et diutius salu-
tis ipso ore doceat. Primo et secundo
absentem loquitur, tamquam patrem et se
osculantem alloquitur dicens:

c. ij [M]eliora sunt ubera tua vino
[...] doctrina tua, que sunt in-
lac et nutrimenta parvulorum, sublimiora
sunt aliis doctrinis que non sonant [illegible]
simplices sicut vinum inebriat parvos.
// Tropologice autem sic et fidelis
anima et sponsa de cogitans ubi fuit,
ubi est, ubi sit, ubi non sit. Fuit quidem in ori-
i. actuali ginali peccato, fuit quia in tremendo di-
iudicio erit, quia in calamitatibus seculi sit,
quia in eterna beatitudine non est, sit ad-
huc gemens dicit: Osculetur me os-
culo oris sui, ac si diceret: Ille qui in
mea carne a dextris patris sedet, meus
advocatus, iustus iudex, me de peccatis
dolentem, de iudicio suo timentem vi-
sitando osculetur et pacis signo amici-
cie quod ipso ore penitentibus promi-
sit me consoletur. / Anagogice vero sic
ecclesia hic peregrinans et ad illam celestem
ierusalem suspirans dicit: Osculetur me oscu-
lo oris sui, quasi diceret: Ille qui nunc in scripturis
cotidie loquitur et gaudia eterna pro-
[illegible] mittit, ipse aliquando spiritualiter in iudicio
appareat et pacis gaudia ipso ore pro-
feratur dicendo: Venite benedicti patris
mei. Ad absentem loquitur ut maior affec-
tus exprimatur. / Scriptura huius libri de
dragmatico est [illegible] cantilena
que ab amantibus canitur absque proemio
[illegible] illud carmen dicitur dragmati-
con, ubi dum ipse persone introducuntur

ut Christus non meminit, sicut in hoc libro a-
dulterium personis absque nomine laudes ca-
nitur. Cantus sponse pressit, sequi-
tur cantus sponsi: Quia meliora sunt
ubera tua vino, fragrancia unguentis
optimis. Hec hystoria sic intelligitur:
Salomon filiam pharaonis ad se ve-
nientem osculo suscipiens dicit:
Tu desiderasti meum osculum, ego
osculor te, fruens uberibus tuis, quia
meliora sunt ubera tua vino, fla-
grancia unguentis optimis, quia de eis ma-
gis volo uberibus tuis frui quam vino in-
ebriari vel optimis unguentis deli-
niri. // Allegorice namque sic exponitur:
Christus in carne adveniens dicit
sponse: Tu petisti a me osculari, et
ego mea presencia osculor te, hoc est dul-
cedine mea tango te et pacem amissam
reddo tibi. Fide et dileccione iungere
te et parias in filios regni patris conce-
des, quos uberibus tuis lactabis, quia
meliora sunt u. t. v. f. un. op. Hic li-
ber spiritualis et corporalis spiritibus
in corpore positus per similitudines corporales
loquitur. Tota autem et quasi unum corpus
cuius caput est Christus. Caput autem et eius
membra huius corporis sunt diversi in ecclesia
ordines, ut puta oculi doctores,
ut apostoli; aures obedientes, ut mona-
chi; nares discreti, ut magistri; os bene
loquentes, ut presbiteri; manus alios
defendentes, ut milites; pedes alios
pascendo portantes, ut rustici. Dicen-
te apostolo: Ipse dedit quosdam apostolos,
quosdam prophetas, alios pastores, ali-
os doctores in edificacionem corporis Christi,
id est ecclesie. Huius ubera sunt duo testa-
menta, de quibus rudes adhuc lac
doctrine sugunt sicut parvuli lac
de uberibus matrum sugunt. Vinum autem
quo in fletu bibentes inebriat et seculi
[illegible] que fugientes de mente
in fletu, ut dicitur [illegible] seculum
in fletu. Caritas vero id est spiritualis scientia
edificat, dicit quia meliora sunt ubera
tua vino, id est doctrina de duobus testamentis

tuis uberibus plena · quia filios tuos
infideles parvulos lactas et nutris · me-
liora .i. magis plena · quam doct-
rina prophetarum quam ius veteris doc-
trina. Dicit meliora probat eti-
am illa esse bona · quia utilia. Uti-
les quippe artes utiles sunt · quia sunt in-
strumenta sacre scripture testimo-
nia per auctoritates plenas. Fragran-
cia unguentis op. .i. redolencia sancti spi-
ritus donis. Bonum unguentum ad lit-
teram quod de aromatibus conficitur et co-
rium exteriorem vulnera-
sanat. Excellentius unguentum est quod de
melioribus speciebus confectum · in-
teriorem morbum curat. Optimum
unguentum quod de preciosis speciebus ut de
nardo est factum · incurabiles morbos
curat · dolores fugat · corpus a
putredine servat · ut illud mulieris
in evangelio quod super caput domini fudit. // Allegori-
ce vero bonum unguentum oleum
est infirmorum quo in fine vite unguntur.
Excellentius unguentum est oleum sanctum quo
reges et sacerdotes unguntur. Opti-
mum unguentum est crisma · quo domini
in regnum et sacerdotium unguntur.
// Historice vero bonum unguentum est lex
Ego sum creator celi et terre
qui in utero virginis verus
Deus et verus homo fui
et resurrexi et ascendi in celum.
Tu nova sponsa mea venisti in
ignotum locum oportet te quatuor habe-
re. Primo scire loquelam loci.
Secundo habere vestes debitas. Tercio
scire disponere dies et tempora iuxta
constitucionem loci. Quarto novis cibis
assuescere. Sic tu quia venisti
ab instabilitate venisti ad stabilitatem
ideo oportet habere loquelam novam
et abstinenciam ab inutilibus verbis

et quando quod causam edificacionis expedit quan-
titatem silencii et taciturnitatis. Vestes
tue debent esse humilitas interior et
exterior ut nec extollas te quasi aliis
sanctiorem intus nec erubescas
te coram hominibus exterius exhibere
humilem. Tercio moderacio temporis tui
est ut sicut ad corporis necessitatem
habuisti plura tempora sic nunc unum tempus
habeas ad animam ut scilicet numquam contra
me velis peccare. Quarto novus ci-
bus est abstinencia a gula et a de-
licacionibus cum omni discrecione
prout natura ferre possit. Opus enim cum
sit abstinencia ultra possibilitatem
nature michi non placet quia racio-
nabilia requiro et ut voluntas
edometur. Tunc eodem momento
apparuit dyabolus cui dixit dominus
Tu fuisti creatus a me et vidisti
omnem iusticiam in me. Vide nunc
si ista sponsa est legittime mea
et cum approbata iusticia permitto
tibi te intrare cor eius et intelligere
ut scias quid respondeas michi.
Numquid ipsa diligit aliquid sicut
me aut vellet aliquid cambire
recipere pro me. Cui demon: Video
nichil diligit preter te et antequam
te careret omne supplicium pateretur
si dares ei virtutem paciencie.
Ego video quasi quoddam ardens
vinculum descendens de te in eam
quod sic alligat cor eius ut nil
aliud cogitet vel diligat nisi
te. Tunc dominus ait ad dyabolum
Dic michi quomodo sedet in corde
aut quomodo placet tibi ista tanta
dileccio mea quam habeo ad eam.
Et dyabolus ait: Ego in quod habeo
duos oculos unum corporalem licet

non sum corporalis quo temporalia tuo-
ita clare quod nichil est sic occultum
nichil sic tenebrosum quod occultari
sibi possit ante. Secundus oculus est
spiritualis tamen quo nulla est pena
tam modica quam non video et in-
telligo ad quod peccatum pertineat. Et
nullum est peccatum tam leve et mo-
dicum esset quod purum non purgatum
est quod non video. Sed ulla michi
possibiliora oculis libentissime tamen
paterer ut due ardentes faces
penetrarent oculos meos sine inter-
missione ad hoc ut ipse oculis spiri-
tualibus non videret. Ego etiam habeo
duas aures unam corporalem
quod nullus loquitur sic secrete quod
non audio et scio. Secunda est spiritualis
qua nullus cogitat vel affectat
ad aliquod peccatum tam occulte quod non
audiam nisi prius deletum sit. Una
est pena in flumine ebuliens quasi
torrens continuans ardore et
ferventissimo haut libenter paterer
in fluere et sine cessatione effluere
in aures meas ad hoc ut nichil
audiret ipse spiritualibus auribus.
Ego etiam habeo spirituale cor quod libenter
ter paterer in frusta sine cessa-
tione incidi et semper renovari ad supplicium
ad hoc ut eius cor frigeret in amore
tuo// Nunc autem quia tu iustus
es quod ante unum verbum ut videas
illi// Dic ei quare tu unum diligis
eam autem quare non elegisti tibi
sanctiorem decentiorem et pulchriorem.
Cui respondit dominus Quia sic exigebat
iusticia. Tu quippe fuisti creatus
primo et vidisti omnem iusticiam meam

in me// Dic ei ista audiente que sunt
iusticia ut sic male cadentes tunc
malis sunt cogitatio tua tunc tu ce-
cidisti. Respondit dyabolus Ego vidi ip-
sam Ego vidi gloriam tuam et honorem
super omnia et cogitabam gloriam meam
secundo superbiens proposui non tamen
tibi esse parem sed tu super te. Secundo
vidi te potenciorem pre omnibus secundo cu-
piebam ad hoc te esse potenciorem
Tercio vidi que futura erant et quod gloria
tua et honor est sine principio et esset
sine fine invidebam tibi et cogita-
bam quod libenter crucianer super
omni pena amarissima ad hoc
ut tu morereris et in hac cogita-
tione cecidi et ideo infernus est
factus. Respondit dominus Tu quesivisti
a me quare istam sic diligimus
dicam quod omnem maliciam tuam converto
in bonum. Tu enim quia superbus fuisti
es et voluisti me creatorem tuum
parem habere secundo ego humilians me
in omnibus peccatores colligo et me-
cum comparo dando eis de gloria mea
Secundo quia tu tam pravam cupidi-
tatem habuisti ut velles esse potentior
me secundo ego peccatores potentes facio
super te potentes mecum Tercio quia
tu invidisti michi ego sic caritativus
sum ut me potius offeram// Re-
spondit et dominus ait Nunc dyabole illumina-
tum est tenebrosum cor tuum dic ista
audiente qualem caritatem ego habeo
ad illam. Et dyabolus Si possibile esset
inquid libentissime paterer unam
tamen penam in quolibet membro tuo
spirituali qualem semel inter omnibus
membris passus sum quam ea careret.
Cui respondit dominus Si ego sic miseri-
cors sum ut nulli peccati veniam

veniam pete humiliter et tu quidem
amice et dabo tibi. Cui respondit dyabolus
Nequaquam hoc faciam. Nam cum cecidi ad
quibus peccatis sive cogitatu in vel
sive dictum statutum est pena et
unusquisque de spiritibus qui ceciderunt
penam suam habebit. Ego autem potius tan-
tum genu meum curvarem te magis
vellem omnes penas glutire in me
quamdiu os aperire et claudi posset
ita ut semper renovatus esset ad pe-
nam. Tunc ait dominus ad sponsam
suam: Ecce quam induratus est princeps
et quam potens contra me per occultam
iusticiam meam. Ego quippe possum
eum delere per potenciam meam in uno
puncto. Sed non facio ei minorem
iniuriam quam angelo bono in celo.
Cum autem tempus eius venerit quod
nunc appropinquat iudicabo eum cum
sequacibus suis. Ideo sponsa mea
persevera semper in bonis operibus. Dilige
me toto corde. Nichil timeas preter
me. Ego enim sum dominus super dyabolum
et super omnia quecumque sunt.

M Maria loquebatur: Considera
passionem filii mei cuius
membra fuerunt quasi membra
mea et quasi cor meum. Nam ipse
sicut alii filii in visceribus matris so-
lent esse sic fuit in me. Sed
ipse conceptus est fervente caritate
divine dilectionis, alii per concupis-
centiam carnis. Unde bene dicit Johannes
frater consobrinus meus: Verbum
caro factum est. Nam per caritatem ipse
venit et erat in me. Verbum autem
et caritas ipsum fecerunt in me.
Ipse quippe erat michi quasi cor meum.
Propterea cum nasceretur ex me sensi ego
quod quasi cor meum partiebatur. Sicut
cum illud dimidium est extra et di-
midium intra, et si illud pungitur
quod est extra tamen sentit dolorem
quod intus est. Sic ego cum flagellaretur
flagellabar et pungebar. Ego eciam
fui propinquior ei in passione nec se-
parabar ab eo. Ego stabam vicinior
cruci eius et sicut hoc gravius pun-
git quod vicinius est cordi, sic
dolor eius gravior erat pre ceteris
michi. Cum ergo respexisset me de
cruce et ego ad eum, tunc de oculis
meis quasi de venis lacrime erumpebant.
Et cum ipse cerneret me dolore confectam
tam in tantum anxiabatur de dolore
meo quod omnis dolor vulnerum suorum
erat quasi sopitus sibi pre dolore
meo quem in me videbat. Propterea
audacter dico quod dolor eius erat
dolor meus quia cor eius cor meum.
Adam enim et Eva vendiderunt
mundum pro uno pomo. Sic filius meus
et ego redemimus mundum quasi cum uno
corde. Ideo filia mea cogita qualis
ego eram in morte filii mei et
non erit tibi grave delinquere
mundum.

a Angelo orante pro sponsa domini
sui dominus respondit: Tu es quasi
miles domini qui numquam depo-
suit galeam suam pre tedio et qui
pre timore numquam divertit oculos a pre-
lio. Tu es stabilis quasi mons,
ardens quasi flamma. Tu es ita
mundus ut nulla sit in te macula.
Tu petis pro sponsa mea. Ego
omnia scio et videas in me. Tamen
ipsa audiente dic qualem medicinam petis
ei. Triplex enim est medicina: una qua
corpus pungitur et preservatur anima. Sic
famulus meus Job cui caro
data est omnibus doloribus et anima
custodita est. Secunda est quia pungitur
corpus et anima ut tribulacionem generat
miseriam et dolores in corde. Sic Pe-
trus et Paulus et alii sancti

Nam tres sunt genera eorum qui cadunt
in peccatum et iterum surgunt. Quosdam per-
mitto corporaliter tribulari ad tempus ut
salvi fiant. Secundum est eorum qui
metum liberi vincunt ut in eternum
peccarent. qui totam voluntatem ha-
bent ad Deum et si quasi aliquando
faciunt peccare ut temporalia eis succe-
dant et prosperentur. Eis non datur pena
corporis sed dolor cordis si in peccatis
ipsa et voluntate sua dimittitur. Ter-
tium ... bono quod fecerunt penitentie re-
cipiet quia nichil sui ut merito tru-
ciatur. Eterna enim voluntas est eterna
ad peccatum pena est eis eterna. Tercii
status est eorum qui plus timent penam
quam me. et offendere voluntatem
meam quia de alia pena magis quam
metuunt eternam. pena intollera-
bili quam me faciunt adversam pro eorum
merito. Quibus datur tribulacio corporis
et cordis ut Petro et Paulo et aliis
sanctis ut quod quis male in mundo deliquit
in mundo emendet vel ad maio-
rem gloriam et aliorum exemplum purgantur
ad tempus. Quorum exempla. Iam feci
in regno isto cum tribus quorum nomina
sunt nota tibi. Et nunc ergo angelo servo
meo quale sit gloria mea et penitentia
sponse mee. Et ille inquid corporis
et anime ut quod quis deliquit in
mundo emendat et nullum peccatum eius
veniet in iudicium tuum. Respondit Dominus
Fiat secundum voluntatem tuam. Deinde
loquebatur ad sponsam. Tu mea
es ideo sicut mihi placet faciam tecum.
Noli diligere nisi me. Inde te tangit
accepto cum honore cum apostolis eorum
quibus te commisi. Nulla persecucio
nullum daudet dimittit in disci-
plinam nullum peccatum parva leve nullum
negligendum. Ita omnia quecumque re-
gesseris ego reducam ad memoriam

et iudicabo. Nam nullum peccatum tuum
in iudicium meum veniet quod inulta
tua pena erit punitum. De quibus
autem pena facta non est uti in purga-
torio purgabuntur vel alio occulto iudicio
meo nisi satisfactione hic emendentur.

Alter loquebatur Filius meus
habuit tria bona primo quia
nullus sic delicatum corpus
habuit sicut ipse eo quod erat de duabus
naturis optimis Deitate scilicet et huma-
nitate et ita mundum quod sicut oculo
clarissimo non invenitur macula.
Sic nec in corpore eius aliqua
deformitas reperiri potuit. Secundum
bonum erat quod numquam peccavit. nam
alii portant quasi penitentiam pro eorum
et proprio (?) peccate cum non peccaverunt et
tamen omnium peccata portavit. Tercio
quod aliqui moriuntur propter Deum
et maiorem remuneracionem ipse autem
moriebatur sicut propter amicos suos
et propter me et inimicos eius. Si qui
inimici eum crucifixissent eum
quatuor ei fecerunt. primo coronaverunt
eum spinis. Secundo manus et
pedes perforaverunt. Tercio propinaverunt
ei fel. quarto perforaverunt latus
eius. Sed nunc conqueror quia
filius meus ab inimicis suis
qui nunc sunt in mundo sunt magis
crucifigitur quam tunc iudei crucifix-
erunt eum nam licet Deitas
quod impossibile sit ut mori possit
tamen cum propriis viciis crucifigunt
eum sicut cum aliquis homo
ymagini alicuius inimici sui con-
tumeliam et lesionem facit licet
ymago non senciret illata tamen
propter malam voluntatem ledendi
lesor dignus pro opere arguitur et dam-
pnatur. Sic eorum vicia quibus

specialiter crucifigunt filium meum
abhominabiliora et grauiora sunt
ei quam illorum qui crucifixerunt eum
mortem. Sed forte tu potes querere
quo crucifigunt eum utique po-
suerunt eum in cruce quam sibi prepa
rauerunt quando de preceptis creato
ris sui et domini non curant et deho
nestant eum. Quando ipse monet
eos per seruos suos ut sibi corpo-
raliter contempnentes faciunt que sibi
placent. Deinde crucifigunt dex-
tram manum quando tenent iusti
ciam pro iniusticia dicentes peccatum
non esse graue et odiosum deo sed
dicitur ut deus merito affligit
quemcumque sed propter timorem innatus
est errare cum reduceret hominem
si vellet eum pure non attenden-
tes quod minimum peccatum sit homo
delectatur meo satis est ei ad sup
plicium eternum et quia non minimum
peccatum dimittit deus impunitum
sicut nec minimum bonum sine re
muneratione est ei supplicium con
sempiternum habent voluntatem
peccandi quam filius meus
qui videt cor reputat pro opere
quia si haberet voluntatem sit eius
opere compleret si permitteret filius
meus. Deinde crucifigunt sini
stram manum eius quando virtutem
vertunt in vicium volentes usque
in finem peccare dicentes Si durauerimus
in fine semel miserere mei deus tan
ta est illa verba quod habebimus veni
am. Hec non est virtus velle peccare
et non emendare velle premium habere
sine labore nisi esset contritio in cor
de quod libenter vellet emendare
si posset permittente nec alias alio

in prandimento postea crucifigunt
pedes eius quando delectantur in fa
ciendo peccatum et non semel cogitant
amaram penam filii mei nec re-
gratiantur semel ei de intimo corde
dicentes O quam amara erat passio
tua deus laus sit tibi pro morte
tua quam numquam perdidit de ore eorum
coronant eum. Deinde corona deri
sionis quando derident seruos
eius aduanitatem reputant sunt ei dant
ei fel bibere quando gaudent et ex
ultent in peccato ut semel ascendit
in cor eorum quam graue et quam multi
plex sit Pungunt latus eius quando
voluntatem habent perseuerandi in pecca
to Vere dico et hoc amicis meis dicere
poterunt quod tales sunt eum filium
meum in iniuriores iudicantibus
eum in impenitenciores crucifixori
bus eius impudentiores venditoribus
eius Et maior pena debetur
istis quam illis Pilatus quippe
sciuit bene filium meum non peccasse
nec dignum aliqua morte tamen
quia timuit amissionem temporalis
potestatis ad seductionem iudeorum iudi
cauit et inuitus filium meum ad
mortem Quid autem valent isti
timere si ei seruirent aut quid de
honore suo et dignitate amitterent
si ipsum honorauerint Ideo grauius
isti iudicabuntur et deteriores sunt
pylato in conspectu filii mei quia
pylatus iudicauit eum propter
petitionem et voluntatem aliorum
et cum timore quodam isti autem
iudicant eum propter vtilitatem propriam
absque timore quando inhonorant
eum propter peccatum a quo si vellent
possent abstinere Sed nec a peccato
abstinent ut peccato facto verecun-
dantur quia non attendunt quod

indigni sunt beneficiis eius cui
non serviunt. Deteriores iudeis quia
iudei tradito domino sciunt eum esse
deum et viderunt contra peccasse sed
desperaverunt se ipsum et perfecerunt dies
suos ad infinem. Credens se in
dignum venie. Isti autem tales sunt
peccatum suum et tamen perseverant
in eo nullam quod in corde com
punctionem habentes. Sed volunt de
violencia et potencia quadam
sumere regnum celorum quod habere non
operibus sed propter spem vanam
hic cogitant quod illud dabitur
nisi operanti et pacienti aliquid
pro deo. // Deteriores eciam sunt crucifixoribus
quia cum illi viderent opera filii
mei bona sunt quod resuscitavit
mortuos leprosos mundavit cogi
tabant apud se hic facit inau
dita et mirabilia in deo peccati non
possunt quos vult unico verbo cogi
tationes nostras facit quecumque
vult. Si permissum suum habebit
omnes subiacerent potestati eius et nos
diti eius cum ergo nec subiacere
ei crucifixerunt eum propter invidiam
Si eum scivissent quod fuisset rex
glorie numquam crucifixissent. Isti autem
vident opera iusticie cotidie ad
magna mirabilia virtutum bene
ficiis eius et audiunt quo ei be
ne debent et ad eum venire sed
cogitant apud se si omnia tem
poralia relinquenda sunt si volun
tas eius et non nostra facienda
est grave est hoc et intollerabile
ideo contemptores voluntatis eius
ne sit super voluntatem eorum crucifi
gunt filium meum per quod enim
ad dentes contra conscienciam peccatum
super peccatum. Isti autem peiores
sunt crucifixoribus quia iudei
fecerunt propter invidiam et quia
nesciebant eum esse deum. Isti
autem sciunt eum esse deum et contra
malicia sua et presumpcione tam pro
cupiditate crucifigunt eum ama
rius spiritualiter quam corporaliter quia
isti redempti illi non dum redem
pti erant. Ergo sponsa mea
obedi filio meo et time eum quia
ipse pius est misericors et est iustus.

Iterum loquebatur ad filium
Ego veni cum divinitate ad
virginem et assumpsi hu
corpus eius quod ea. Ideo tu in me
et ego in te. Sicut ignis et calor
nunquam separantur sic divinitate ab huma
nitate impossibile est separari //
Respondit filius Omnis gloria et hono
r sit tibi pater fiat voluntas tua
in me et tua in te. Respondit iterum
pater Ecce fili hanc novam sponsam
assigno tibi quasi ovem ad regen
dum et nutriendum De qua tamquam
possessor ovis habebis caseum
ad reficiendum et lac ad bibendum
et lanam ad vestiendum. Tu autem
sponsa debes obedire ei. Ecce cum
premunt te oportet te esse paratam
obedientem et invenire. Tunc ait
filius ad patrem tua voluntas
cum potestate potestas cum humilitate
humilitas cum sapiencia ad una
fiat voluntas tua que est et erit
sine principio et sine fine. Nunc
ego assumpsi eam in meam caritatem
tuam potenciam et spiritus sancti regi
men Tres non tres dii sed unus
est deus. Tunc ait filius ad spon
sam suam audisti quod pater
assignavit te in quasi ovem.

oportet ergo te esse simplicem et pacientem
quasi ovem et fructuosam ad
nutriendum et vestiendum. Tres
enim in mundo sunt homines et totus
mundus velud iacens et nudus
esuriens. Primus significat fidem
catholice ecclesie nudam et quasi
quia omnes erubescunt fidem loqui
et mandata mea et si sunt qui
loquantur contempnuntur et mendaces
arguuntur. Ideo verba mea que de
ore meo procedunt vestire debent
fidem sicut lana. Sicut enim
lana excitat in corpore omnis
calorem sic ex calore deitatis
mee et humilitate et quamvis verba mea
procedunt in cor tuum que vesti
unt fidem statum mea testimonio
veritatis et sapientie et probabunt
eam esse veram que nunc mala
reputatur ut qui usque adhuc
tepidi fuerunt vestire fidem operibus
caritatis audita calore verborum
meorum contabescant et reaccendantur
ad loquendum fiducialiter ad agen
dum fortiter. Secundus significat
amicos meos qui desiderant
in ore gaudentis perfecti honorem
meum et tribulantur ex dehonoratione
mea. Hii ex dulcedine verborum
meorum audita inebriabuntur
caritate mea maiori. Et alii
tunc eis velut mortui accedunt
ad amorem meum. Audite ergo quam
gratiam facio cum peccatoribus. Ter
cius significat illos qui sic cogi
tant in corde suo. Si sciremus
inquiunt voluntatem dei et quo
venire possemus ut bene in
crederemus de via bona libenter
faceremus que possemus. Hii scilicet

quasi esurientes pane verbum meum
et nullus saciat eos quia nemo perfecte
ostendit eis que agenda sunt et si quis ostendit
nullus secundum ea vivit. Propterea ego ipse
ostendam eis quid faciant et saciabo
eos dulcedine mea. Nam [illegible] verba que
dicuntur et sciunt ab hominibus appetitum
saciari non possunt hominem sed excitat
magis ac magis desiderium ad quod
verba autem mea saciabunt hominem
et replebunt eum consolatione habun
danti. Ergo tu sponsa mea que es
omnis mea per caritatem et obedientiam contra
sanctitatem. Tu enim mea ex omni iusticia
facta es et ideo oportet te sequi voluntatem
meam. Qui autem vult sequi voluntatem
alterius debet habere eam primo cum eo
unum consensum. Secundo placa opera de
testatur ab inimicis eius. Qui autem sunt
inimici mei nisi superbia et omnia peccata.
Abicias ergo debes revera si cupis sequi
voluntatem meam.

Vos habuistis in morte mea per
fidem quando flectebam genua
et orabam sicut quando potuit
pater eripe me de passione. Secundo
sicut qui tam constanter expectabam et
dicebam non sicut ego volo sed sicut tu
voluisti quando dicebam fiat voluntas
tua. Ego eciam habui angustias cordis
ex timore mali passionis quando sudor
sanguinis exivit de corpore meo. Ideo ne
amici mei trepidarent se relictos
cum instaret eis tribulacio. Ego ostendi
eis in me quod caro infirma semper
refugit molestias. Secundo potes querere
quomodo sudor sanguinis exivit de corpore
meo. Utique sicut sanguis infirmi morbis
venis siccatur et consumitur. Inde meus sic
ex dolore mali mortis sanguis meus
consumebatur. Pater demum volens ostendere
viam per quam aperitur celum et quo exclusus
ingrediatur tradidit me ex caritate
in passionem ut corpus meum consumata
passione glorificaretur. Neque enim non erat
sine passione humilitas mea in gloriam

venire possit ex iusticia licet potissime
potissime ex potencia deitatis mee
fecisse. Ecce quomodo illi merentur. Intue
ingratitudinem meam qui modicam habent
fidem spem vanam caritatem nullam
Si de me que habent fidem gaudii eterni
et suppliciorum horribilium ut quod accipere
velint nisi in eis crederent quia ego
omnia video et scio et in omnia potens
sum et de omnibus iudicium quero
ultimum eis mundus et timerent ma-
gis coram me peccare propter timorem
meum quam propter hominibus. Sed habent spem
firmam tunc tota mens et cogitacio
eorum esset ad me. Sed habent caritatem
divina et cogitarent saltem in animo
quid fecerim pro eis quantus in labor in pre-
dicacione quantus dolor in passione quanta
in caritas in morte sua quod pro hiis voluit
mori quam eos relinquere. Sed fides
eorum est ficta et quasi pendet in eis cre-
mimans casti que credunt absente
temptacionis impulsu diffidunt autem
accedente aliquo contrario. Spes eorum
est vana quia sperant peccati suum iusticia
et vitale iudicium dum regnum celorum
confidunt obtinere gratis meam mea
absque temperancia iusticie obtinere cupi-
unt. Caritas eorum ad me tota est
frigida quia nunquam accedunt ad
querendum me nisi tribulacione cogunt
Ecce quo in calibus possem calefieri qui
nec habent fidem rectam nec spem fir-
mam nec caritatem ad me fervente
Ideo cum clamaverint ad me et dixerint
miserere mei deus non merentur audiri nec
intrare in gloriam meam quia voluit
… dominus suum ad passione ideo
ut sequerentur me ad gloriam illius cum
miles placet pro domino suo et in glo-
riam eius post lapsum recipi
nisi prius humiliacionem fecerit
ei pro contemptu suo etc.

Ego sum creator omnium et do-
minus. Dic michi tu quid
est quod stat illa domus
ubi uxor vestitur pro domina et maritus
eius quasi famulus inquid dicit sic
tunc illa videtur intus in potencia
pro … domine non decet sic. Et dominus
Ego dominus sum omnium et rex angelorum. Ego
vestivi famulum meum et humilitatem meam
non nisi ad utilitatem et necessitatem
Nichil enim quesivi in mundo nisi solummodo
tenue victum et amictum vestitum
Tu autem que es sponsa mea tu vis esse
pro domina habere divitias et honores
et honorificari mereris. Ad quid enim va-
lent omnia ista quasi bona pro terra
relinquuntur. Homo quippe non creatus
fuit ad tantam superfluitatem sed ad ne-
cessitatem. Sic habet … superfluitatem in-
venit superbia que nunc habetur et diligitur
pro lege. Sed dic michi inquid
decens est ut vir laboret a mane
usque ad vesperam et uxor in bona
hora consumat omnia que congregata sunt
Tunc ea videtur non decet sic sed iuxta
voluntatem viri vivere et facere tenetur uxor.
Et dominus ego feci sicut vir quia a mane
usque ad vesperam laboravi. Ego enim a
iuventute mea usque ad passionem
laboravi ostendens viam eundi ad
celum predicando et opere complendo
predicata omnem habet laborem meum
uxor in qua que debet esse mea quia u-
xor tunc sunt quam luxuriose vivit
ut nichil in eis sunt que ego feci nec
mea … aliud virtutis unquam possit
in ea delectari quam racio diu in principio
domus dominus contempnitur et famulus honoratur
inquid non videntes et abhominabile
est illa. Et sic est. Et dominus Ego sum
dominus omnium dominus mea viduus est
et homo famulus meus dicitur et debet.

Sed ego dominus nunc in mundo contempcior
quam homo honoratur. Ideo tu quem elegi
tua fac voluntatem meam. Scias quod
in mundo sunt non sunt nisi vana
quedam spuma maris et quedam vi-
sio vana.

Ego sum creator omnium. Ego
ante luciferum a patre genitus
et inseparabiliter in patre et pater
in me et unus spiritus in ambobus.
Ideo unus deus pater et filius et
spiritus sanctus non tres dii. Ego sum
qui abrahe promisi hereditatem
et per moysen eduxi populum meum
de egypto. Ego idem sum qui in prophetis
loquebar. Pater misit me in virgi-
nis utero non separans se a me
sed manens inseparabiliter mecum
ut homo a deo recedens ad deum per
caritatem rediret. Nunc autem presente exercitu
meo qui omnia videtis et scitis in me
cum propter cogitacionem et in fruicionem
istius astantis sponse mee que
spiritualia non potest accipere nisi corporaliter
conqueror coram vobis super istos quinque
viros hic astantes quia offendunt
me. Sicut enim per nomen israel olim
in lege intelligebatur totus populus israeli-
ticus sic nunc per quinque viros istos
intelligo omnes homines in mundo.
Primus est ecclesie rector et eius cleri-
ci. Secundus est mali layci. Tercius iudei.
Quartus pagani. Quintus amici mei.
Sed de te iudee excipio omnes iudeos
qui occulte sunt christiani et serviunt
michi sincera caritate et recta fide
et opere perfecto in occulto. De te autem
pagane excipio omnes qui libenter
incederent per viam mandatorum meorum
si scirent quo et si instruerentur qui
et opere faciunt quantum sciunt et possunt
hii nullatenus tecum iudicabuntur.
Nunc ergo conqueror super te caput
ecclesie mee qui sedes in sede mea
quam petro et successoribus eius

tradidi ad sedendum in ea triplici di-
gnitate et auctoritate. Primo ut potestatem
haberent ligandi animas et solvendi
a peccato. Secundo ut aperirent celum peni-
tentibus. Tercio ut clauderent celum
maledictis et contempnentibus. Sed
tu qui debes solvere animas et ad me
presentare tu vero es animarum interfector.
Ego enim institui petrum pastorem
et conservatorem ovium mearum. Tu autem
es dispersor et lacerator earum.
Tu enim peior es lucifero. Ipse
ad me habebat invidiam et nullum
concupivit occidere nisi me ut pro me
dominaretur. Tu autem tanto deterior es
quod non solum occidis me removendo
me a te per mala opera tua sed et
animas occidis per malum exemplum
tuum. Ego redemi animas sanguine
meo et commisi eas tibi. Tu es in-
iustior pylato qui nullum iudica-
bat ad mortem nisi me. Tu autem
non solum iudicas me quasi nullius
dominatorem et nullius boni dignum ymo
et animas innocentes condempnas et no-
centes dimittis. Tu es immitior iuda
qui me solum vendidit. Tu autem
non solum vendis me sed et animas
electorum meorum propter lucrum tuum et
vanum nomen. Tu es abhominabilior
iudeis qui crucifixerunt corpus meum
solum. Tu autem crucifigis et punis animas
electorum quibus malicia tua et
transgressio acucior est omni gladio.
Et ideo quia tu similis es lucifero
iniustior pylato immicior iuda
abhominabilior iudeis ideo merito con-
queror super te. Secundum autem id est
ad laycos ait dominus per verba talia
omnia creavi tu consensisti in me
et ego in te. Dedisti michi fidem
tuam et promisisti cum iuramento
tuo te in servitium meum. Nunc autem
discessisti a me quasi homo.

ignorantus deum sum vel mea habes
pmendacio opera mea prevaricare Ro-
lumtem meum et mandata mea dul-
cissima nimis gravia. Tu factus es vio-
lator fidei promisso tu fregisti in-
strumentum tuum et reliquisti nomen
meum. Tu dissociasti te a numero sanctorum
meorum et venisti ad numerum demonum
et eorum factus es socius. Tibi inde-
nemine laude et honore dignum
nisi te ipsum. Omnia que mea sunt
michi facere teneris sunt tibi diffici-
lia. Ideo merito conqueror super te quia
fregisti fidem tuam quam in baptismo
et demonibus dedisti. Insuper et penitenciam
meam quam verbo et opere tibi monstra-
vi arguis me mandata mea preposte-
ra dicis me fatuum. Quod ad tertium ait
id est ad iudeos ait: Ego vobiscum in capi-
tivitate mea, elegi vos in populum
meum, eduxi vos de Egipto. Dedi le-
gem meam et introduxi vos in terram
quam promisi patribus vestris. Misi vobis
prophetas in consolacionem. Deinde ex vobis
elegi virginem in qua carnem suscepi huma-
nitatem. Nunc autem conqueror super vos
quod adhuc non vultis credere. Dicitis
non dum venit Christus sed adhuc ven-
turus est. Quod ad quartum vero, id est ad
gentilem ait dominus: Ego creavi te
et redemi per Christum meum et omnia bona
feci propter te. Tu autem es quasi homo
amens quia nescis quid facis. Quasi homo
cecus quia nescis quo vadis. Colis y-
dolatriam, peccatorem falsum pro
creaturas genu tuum ante insciorem
tum. Ideo conqueror super te. Quod ad quin-
tum ait peccator amice vitiis et
statim ait ad celeste consortium: Cari
dilecti, ego habeo unum civem per quem
intelligo plures ipse cum quasi homo
inclusus inter malos et captivus et

tus dicitur. Si loquitur verba ipsi la-
pidant os eius. Si facit bona lan-
ceam mittunt in pectus eius. Ecce
amici mei et omnes sancti quomodo diu paciar
istos et quam diu sufferam horum con-
temptum. Audit sanctus Johannes
baptista: Tu es qui speculum mundissimum
ante cum quasi in speculo videmus
omnia sine verbo et scimus. Tu es dul-
cedo corporalibus in qua omne bonum
sapit nobis. Tu es qui gladius a-
cutissimus qui iudicas in equitate.
Tunc vidit ei dominus: Vere amici mei
tu dicis verum. In me cum electi mei
viderunt omne bonum et omnem in-
sticiam et est spiritus malignis licet
non videt sed in gratia sua. Sicut cum
homo positus in carcere qui prius di-
dicitur cecus qui licet in tenebris
sit nichilominus tamen scit ea que
prius didicit quamvis non videat. Sic
demones quamvis non videant iusticiam
meam in lumine claritatis mee tamen
sciunt et vident in consciencia sua. Ego
certe sum qui gladius qui dividit
duo. Sic ego unicuique do sicut
meretur. Deinde prosequens dominus ait
ad beatum petrum: Tu es fundator fidei
et ecclesie mee dic audientibus quali-
modo iusticiam de hiis quos vide-
bit. Audit petrus: Laus et honor sit tibi
domine pro caritate tua quam facis cum terra tua.
Benedictus sis tu ab omni exercitu tuo
quia facis nos videre et scire in te omnia
que facta sunt et futura sunt ante cum
omnia videmus et scimus. Licet hec autem
est vera iusticia ut hic qui sprevit me
de terra et opera habet luciferi dilata-
cio contemptum sequitur numquam possit sequi
et princeps sit pena luciferi. De secundo
est iusticia ut qui recessit a fide
tua descendit ad infernum capite
inferius et pedibus sursum quia contem-
psit te qui debes esse caput suum.

et se ipsum dilexit // Sexto est iusticia
ut non videat faciem tuam et primo
minus malicia et cupiditates suas
quia prospici non merentur videre fa-
ciem tuam // Septimo est iusticia
ut sed homines amicos recludant et locis
tenebrosis deputentur // Septimo est
iusticia ut ei nulla auxilium verbis
auditis vidit dominus hunc prosequi
primum eius verbo in iordane johannes
baptista // Audiuit hunc per corpus
quod johannes in iordane baptisauit
vidit et attrectauit hunc spiritum
qui in columbe specie in iordane
apparuit quod faciam iusticiam super
istos quinque viros // Tunc dominus
audiens dominus dixit ad primum ioan-
nes super duas quinque Gladius meus
seueritatis in corpus tuum intrabit qui
a superiori parte capitis ingredietur
et sic profunde et valenter infigetur
ut nunquam extrahatur Sedes tua de-
mergetur quasi lapis ponderosus
qui non consistit antequam veniat
in nouissimum profundi digitti
tui et assessores ardebunt igne
sulfureo et inextinguibili Brachi-
um tuum et vitam qui ad diam proferri
extendi debent sed extenduntur ad
vtilitatem mundi et honore iudicia
bunt pereuntes quia sicut qui fiunt filii
eius orphani et uxor eius vidua
et alieni recipient substantiam eius
et uxor eius nisi ea que re-
linquentur aglia celesti et erit vid-
ua adeo filii eius vt bestie quod
habere videbantur Et simplices
mei qui semper ei erunt separabunt
ab eis et dignitas eorum et bona ad
illos deuoluentur et ipsi prodigium et
eternam confusionem hic ditabunt
Deinde ornatus capitis eorum
demergetur et luti in ferni aquo in-
quam consurgent ut sed hic priores
et superbia super alios ascenderunt sic
inferius per alios descendent sta
profunde quod impossibile sit eius co-
surgere a senatu corum i amicos se-
quaces eius tal corum et fautores
capi ab seruicium abscissi et disiungentur
sed uniuersus destruendus vbi non
relinquetur lapis super lapidem in-
tellectum ad hoc et lapidibus
non veniet super eos una quia cari-
tas mea nunquam calefaciet eos nec
edificabit eos in eternum mansiones
meclis sed sine fine et cum capitibus
suis dissoluti ab omni bono decidabunt
Ad secundum autem dico quia non vis te
ne in fide promissa nec caritate ad
me hic mittam et ad te al quod dolor
vnde impetuoso procedat et absor-
bebit te et sicut torrens ad inferiora
ducuntur sic alterum illud deducet te ad in-
feriora in ferni Et sed impossibile
est tibi contra torrentem impetuosum
ascendere sic difficile et abisso
inquam consurgere Ad tertium dico quia
tu inde non vis credere me venisse
ideo cum venero ad secundum iudicium vide-
bis me non in gloria sed in conscientia tua
et probabis quod omnia erunt vera
que dixeram Tunc restat tibi pec-
cata mutata tua Ad quartum dico quia
iam non curas credere non vis sed
lucebunt tibi tenebre tue et
cor tuum illustrabit ut scias iu-
dicia mea esse vera nunc tamen
venies ad lucem Ad quintum dico
tua facta primo implebo te intus
calore meo et secundo faciam os tuum
durius cum lapide lapide et stabi-
lius ita ut lapides inde recentes
ardeant Tercio armabo te sic ar-
mis meis quod nulla lancea nocebit
tibi Sed omnia mollescent ante te
quasi cera a facie ignis Ergo con-
fortare et sta viriliter Sicut enim
miles qui in bello stat et in periculum

domini tam diu pugnat quamdiu
aliquis liquor est in eo. Sic tu sta
firmiter et pugna quia dominus deus
dabit tibi auxilium cui nullus
potest resistere. Et quia paucum habes
minimum honorabo te et multiplicabo
te. Ecce amici mei habent victum
in me et satis et sic stant ante
me verba mea que nunc dicta sunt
complebuntur. Alii autem nunquam intra-
bunt in regnum meum quamdiu ego
sum rex nisi se emendaverint quia
nullis enim dabitur celum nisi humi-
liantibus se et penitentibus. Tunc re-
spondit omnis exercitus laus sit tibi
domine deus qui es sine fine et principio.

Mater loquebatur.

Ego sum illa quibus placui
filio meo in humilitatem ut nulla
creatura nec angelus nec homo est
me humilior. Secundo sum obediencia
quia custodivi obedivi filio meo
in omnibus. Tercio sum perpetuam
castitatem. Ideo triplicit(er) honorata sum
a filio meo. Nam primo honorata sum ab angelis
et hominibus honorabilior ita ut nulla
sit virtus in deo que non fulgeat in me
licet ipse sit fons et omnium creator.
Ego autem sum creatura cui gra-
ciam suam concessit precellentem. Secundo pro obe-
diencia tantam potestatem obtinui
quod nullus tam immundus peccator est
si ad me cum emendacionis proposito con-
vertatur et cum corde contrito quod non habebit
veniam. Tercio pro castitate sic appropinquat
michi deus ut qui videt deum
videt me et qui videt me deitatem
et humanitatem videt potest in me quasi
in speculo et me in deo. Quicumque enim
videt deum videt in eo tres personas
et quicumque videt me videt quasi
tres personas. Nam deitas conclusit
me in se cum anima et corpore et implevit
me omni virtute ut non sit virtus in deo
que non splendeat in me quamvis

ipse est deus pater et dator omnium virtutum.
Sicut enim duo corpora simul iuncta quod
unum recipit hoc recipit
aliud. Sic deus fecit michi.
Nam non est dulcedo que non est in me
quemadmodum aliquis habens nu-
cleum et partem altius crescat anima
et corpus meum purior fuit sole et mun-
dior speculo. Unde sicut tres persone
si astarent sic in puritate mea
potest videri pater et filius et spiritus sanctus.
Ego enim habui filium in utero meo cum
deitate. Nunc ipse videtur in me cum
deitate et humanitate quasi in speculo
quia glorificata sum. Ergo sponsa
filii mei stude sequi humilitatem meam
et nichil diligas nisi filium meum.

Filius loquebatur. Ex modico
bono oritur quandoque magnum. Nucis
dactili minutissimum est granum et
fructus. Cuius lapis si ponitur in pingui
terra pinguescit et fructificat et cre-
scit in magnam arborem. Si autem
ponitur in arida terra arescit. Arida
enim est illa terra a bono que delectatur
in peccato. In qua si prius semen bonum
seritur non pinguescit. Pinguis
autem est terra illius que cognoscit
peccatum et gemit se peccasse. In qua
si ponitur lapis dactili id est seritur severi-
tas iudicii mei et potencie mee vin-
dicatur turbaque in mente valdiabus [?]
primo cogitat se non posse facere sine
auxilio meo et ideo appetit os suum ad
rogandum me. Secundo incipit cum
modica dare elemosinam pro nomine
meo. Tercio occupat se amico [?]
eius suis ad serviendum michi. Deinde
incipit abstinere a ieiunio et
in abdicacione voluntatis proprie. Et
hoc est corpus arboris. Postea
crescit caritatis ramus qui trahit
omnes quos potest ad bonum. Deinde
crescit fructus qui est alios docet.

in quantum stat. et totus de nocte
in tenebris. quo honorum meum
possit ampliare. tales fructus
in semine placet. Sic quod modi
co ascendat ad potum quando po
raditur. pmodicam devotionem
accipiat cor per abstinentiam mul-
tiplicantur. rarum perastatem pin
guescit fructus predicationem
humilitas. nec. pmodicum malis de-
scendit. ego ad summa maledic-
tionem et summa supplicia semper
ipsis quod est omnes firmissima
dolus qui accipit hic est in
fantes qui venit ad potum et non pt
nasci sed in ventre perit. morte mo
ritur. quam pt defert ad sepultu
ram putredine sepellit. Sic dyabolus
facit nec dicit. quippe videns qui
uxor et dyabolus cum in omnibus peccatis
voluntatem. que cum concipit con.
dyabolo quod placet ei et gaudet
cum eo. Sicut ei fuit quod modico
semine quod non est nisi putredo.
concipit et fructificat. Sic et cum
cum delectatur. impeto facit ma-
gnum fructum dyabolo. sed. for-
niant membra. et volor corporis
quando peccatum super peccatum addit. et
cottidie augmentatur. Augmentatur
itaque peccatis interim tumescit vo-
lens parere sed non valet. quia
conscripta iam impero tedio habe-
bitur et libenter vellet plus peccare
sed non pt nec permittit ad deus et
tunc adest timor quod non pt per
ficere voluntatem suam. Adest fortitudo
et letitia undique et dolor et solli
citudo. Tunc surgit manet quando
dicit se passe sua bona. Tunc
quod mouet. qui blasphemant indi
cium dei et recipiendum et peccatum dant
a dyabolo. pro eo sepulchrum ipsum
ubi cum putredine. patri et filio de-

delectationibus punc sepelitur. sine fine
Sicut quod per modico augetur. peccatum
et recipit ad dampnationem.

Ego sum creator omnium et dominus
ego feci mundum et mundus
spernit me. Ego. audio de
mundo vocem que apis maioris
que in terra congregat mel. nam
sicut apis maior cum volat statim
ad terram illum se de pennis et mure
vivunt voce emittit Sic michi in
mundo audio vocem illam vivunt di
centem non curo quod sequitur post quod
omnes quippe mihi clamant non curo
Nec homo non attendit nec curat
quod feci pro tali. monendo prophetis
predicando principium patiendo
propris non curant quod feci iura
mea conspiciendo malos et inobe-
dientes vident se mortales et et
bectos de morte et non curant au-
diunt et vident iustitiam meam quam
operari per prophetam in persona et so do-
minus quam feci in regibus et aliis
principibus quod per puniendo cottidie sunt
in gloria et aliis tribulationibus et
hec sunt eis que certa omnia sicut se.
apes maiores volant ad quod dicam
volunt volant quippe quasi qui
saltando que superbia sua se ele-
vant. sed deprimunt se cicius qui
ad luxuriam egredia suam ueruntur.
Congregant etiam dulcedinem sed.
sibi ipsis et mirum quod homo labo
rat et congregat ad vilitatem corporis
non curat et ad honorem meum non
etiam utitur sibi temporale imperium
aliud quod michil est vite insupplicium
sempiternum ideo per pacem meam
mittam apibus istis aquas
quod empti sunt amici mei qui
non sunt in mundo nisi corpo
re meam clariam quod predicat magnus
qui audierunt salvabuntur.

Adhuc loquebatur. Esto tu sponsa
filii mei et esto stabilis quia
appropinquat tibi filius meus.
Caro eius fuit pressa in torculari.
Sicut enim in omnibus membris
deliquit homo sic ipse filius meus
in omnibus satisfecit. Crines filii
mei erant ex cruce nervi distracti
iuncture distracte decompaginibus
ossium laniata manus et pedes transfixi
mens turbata cor dolore affligebatur
intestina ad dorsum contrahebantur
quia in omnibus membris peccavit
homo. Deinde loquebatur filius astan-
te exercitu et ait licet omnia satis sciatis
in me tamen propter istam sponsam meam
que astat loquimini. Exercitus autem angelorum
dixit Domine quid est hoc quod fuit sine
principio et erit sine fine. Et quid
est hoc quod omnia creavit et a nullo
creatum est? Dicite vel perhibete testimonium.
Responderunt angeli quasi una voce di-
centes Domine tu es ille. Perhibemus
enim tibi testimonium triplex. Primo
quod tu es creator noster et omnium que sunt
in celo et in terra. Secundo quod es sine
principio et eris sine fine. Durat tua
potestas tua et virtus sine te enim nichil
factum est et sine te nichil fieri potest. Tertio testi-
ficamur quod omnem iustitiam et omnia que
sunt et que futura sunt videmus in te et
omnia sunt in tua presentia sine
principio et sine fine. Deinde dixit
ad prophetas et patriarchas. Quero a vobis
quis vos eduxit de servitute in
libertatem, quis divisit aquam coram
vobis, quis dedit vobis legem,
quis dedit vobis prophetis spiritum loquendi.
Responderunt Tu domine, tu eduxisti nos
de servitute, tu dedisti legem, tu su-
scitasti spiritum nostrum ad loquendum.

Deinde ait ad matrem dic testimonium
veritatis quod scis de me. Respondit illa
antequam angelus missus a te veniret
ad me fui sola cum corpore et anima.
Dicto autem verbo angeli corpus tuum
fuit in me cum deitate et humanitate
et sensi in meo corpore corpus tuum.
Ego portavi te sine dolore et peperi
sine angustia. Ego involvi te
pannis, pavi te lacte meo. Ego
fui tecum a nativitate usque ad mortem.
Deinde ad apostolos ait dicite
quis est ille quem vidistis et audistis et
palpastis. Responderunt illi Nos au-
divimus verba tua et scripsimus ea.
Nos audivimus magnalia tua
cum dedisti novam legem quando verbo
precepisti demonibus et ut exirent
cum verbo resuscitasti mortuos et
sanasti infirmos. Nos audivimus
te in humano corpore. Nos audivimus
magnalia tua in divina gloria cum
humanitate. Nos vidimus te traditum
inimicis et pendentem in ligno. Nos vi-
dimus in te passionem amarissimam
et in sepulcro positum. Nos vidi-
mus te cum resurrexisti. Attrectavimus
vestes tuas et faciem tuam. Attrectavimus
loca vulnerum tuorum et membra tua.
Tu comedisti nobiscum et dabas
colloquia tua. Tu vere es filius
dei et filius virginis. Scivimus
etiam cum ascendisti ad dexteram
patris tui cum quo manes ubi es sine fine.
Deinde dixit deus ad spiritus im-
mundos. Licet respuatis veritatem celare
veritatem propriis tamen vobis dica-
tis in virtute potestate vestra

Videbunt ei sicut fuerat in ligno
directo gravemur pedes eorum non dicunt
veritatem sic nec nos in tracti domine
et terribili potencia tua non dicemus
veritatem Tu es qui ad infernum cum
fortitudine tua descendisti tamen
iniusti contrarium veritatem mirando
tu ius tuum de iniustis suscepisti
Tunc ait dominus Ecce omnes qui
habent spiritum et non vestiuntur corpore per-
hibent in veritate testimonium
Qui autem habent spiritum et corpus scilicet
homines contradicunt michi Quidam
autem sciunt sed non curant alii ne-
sciunt ideo non curant sed dicunt
omnia esse falsa Scriptum autem ad angelos
isti dicunt testimonium verum esse filii
quia non sum creator nec omnia feci
in me ideo diligunt magis creatu-
ram quam me Ad prophetas autem ait
vobis contradicunt dicentes lege te
dixisse mentitos et fortitudine vestra vos esse
liberatos et potencia spiritum fuisse
falsum et vos ipsa voluntate locutos
esse Virginem autem ait illi dicun-
te non fuisse virginem alii non su-
scepisse corpus de te Alii sciunt sed
non curant Ad apostolos autem ait vo-
bis contra dicunt quia dicunt
vos esse mendaces legem non vanam
admittentes utile et sine ratione Alii
sunt qui credunt esse verum sed non
curant Nunc igitur quero vos quis
erit iudex istorum Responderunt ei omnes
Tu deus qui es sine principio et
sine fine Tu ihesu xpe qui es
cum patre tibi datum est iudicium
a patre tuo es iudex istorum Respondit
dominus Ego qui conqueror super eos
non sum iudex eorum Sed licet una

possum et noverim tamen vos dare
iudicium verum super eos Respondit dominus
Quia sum iustus et misericors
nec iudicium facio sine iustitia nec
misericordia sine iustitia Idcirco
adhuc parcimus propter preces matris
mee et sanctorum meorum mittam ipsis
manum meam Si autem noluerint
audire tanto severior sequetur iusti-
cia et ira (?)

[in] Pater loquitur ad filium sic dicens
Benedictus sis tu qui es
sine principio et fine tu suscepi-
sti corpus honestissimum et decen-
tissimum Tu fuisti vir strenuissimus
et victoriosissimus tu fuisti dignis-
sima creatura Respondit filius verba
tua que procedunt de ore tuo sunt
in suavia et delectant intima
cordis tamen pater suavissimum
tu es in quo omni suavissima de-
cem inspecto dulce facies glo-
riam sed nulla magis placet quam
ipsa Sic ego quamvis ... meos
diligam te tamen precipua dilectione
diligo quia de corpore tua generatus
sum Tu es qui tamquam odor ascendit
ad deitatem et deduxit eam in corpus
tuum sic idem odor traxit corpus
tuum in eandem deitatem ubi nunc
es cum corpore et anima Benedicta sis
tu quia de pulchritudine tua gau-
dent angeli de virtute tua omnes
qui invocant te sincero corde li-
berantur in luce tua omnes demones
contremiscunt nec audent ad tuum ful-
gorem subsistere qui ipsi volunt
esse in tenebris Tu dedisti in-
explicabiles laudes quia deposuisti me
honestissimum corpus Ego
deum fortissimum et tu deposuisti me
dignissimum creaturarum Sed quibus

quia dicunt illi solummodo qui ha-
bent cor et animam dicunt enim me
habere corpus inhonestum virorum
esse abiectissimum creaturarumque vilissimam
crimen est inhonestas aliud quam
alios provocare ad peccatum Et dicunt
corpus meum Hec ad peccatum dicunt
quippe peccatum non esse sic deforme
ut dicitur nec tamen displicet deo non enim
in quantum esset aliquid nisi deus
vellet nec aliquid est sine ipso creatum
creature ergo non debemus uti hiis que
facta sunt ad voluntatem nostram
fragilitas nostra hoc requirit et sic
omnes ante nos vixerunt et vivunt
Sic enim michi loquuntur homines
humanitatem aut mea lingua verum
dicens inter homines apparui que dissua-
sisti peccatum et ostendisti quam grave
est dicunt inhonestum que suasisti
mobilitatem et inhonestatem Et quippe
dicunt honestum non peccatum et quod
placet cordi voluntati dicunt etiam
me esse virum ~~temptissimum~~ temptissimum
quod enim est tempus id est qui cum loquor
veritatem os eius contundunt lapidibus
in faciem cedunt Insuper et audiunt ab
probis dicentem Si esset vilis
vindicaret se sic faciunt michi
ego loquor eis per doctores et
sanctam scripturam Sed dicunt quod lo-
quor mendacium Contundunt
os meum lapidibus et pugno quia
faciunt adulterium homicidium et
mendacium Et dicunt si esset vilis
si esset potens potentissimus vindi-
caret transgressionem eorum Ego
autem suffero paciencia mea et
audio cottidie eos dicentes quod

pena non est eterna nec amica sicut dicitur
et indicant vanum me mendacium et tercio
indicant me vilissimam creaturam
creaturam enim abiectius in domo est
quam canis et muriligus pro quibus
quilibet libenter reciperet equum
Sed homo habet detestacionem tamen ad
hoc enim ut caveret tamen vellet me
recipere et eciam caveret repelle potius
me abiceret et abiuraret creaturam autem
res tam modica nichil alludens
non fuerunt quam ego cogitavi et con-
cupivi Si enim me plus quam aliam
creaturam estimaret plus me di-
ligerent quam alia super sicut tam
modicum quod non diligant sed me do-
lent dampna propria et amicorum dolent
lesione verum ubi dolent quod offendunt
alios homines se excelsiores sed non
dolent quod offendunt me omnium creatorem
quibus homo est tam abiectus quod si
peteret non audiretur Sed dicet non retri-
buetur ei aliquid Ego autem sic ab-
iectissimus et vilissimus ingrediar in conspectu
eorum quia me nullus boni reputat
dignum qui omnia bona dedi eis Ergo
mater mea quia tu plus de sapiencia mea
gustasti amplius de ore tuo nisi veritas
processit Sic de ore meo nunquam nisi veri-
tas procedit Ego comparabo te in conspectu
omnium sanctorum coram patre meo qui despicit
me hic corpus mendicantissimum et pro-
babo me hic veraciter corpus honesti-
ssimum sine deformitate et peccato et ipse
veniet in obprobrium sempiternum quod omnes
videbunt Ille autem qui dicebat nunc
me mendacem et negare veritatem
an non probabo me veracem esse dixi
et ipse quasi lutum defluet in in-
fernum // Tercio autem de hiis qui indicant.

me vilissimum ego iudicabo eum ad
eternam dampnacionem ut nunquam
videat gloriam meam et gaudium meum.
Deinde ait ad sponsam. Stabis firmiter
in fundamento meo. Tu venisti quasi ingre-
diens murum in quo clausa non po-
teris fugere nec fodere fundamentum.
Suffer. Suffer ergo voluntarie modi-
cam tribulacionem et senties requiem
eternam in brachio meo. Tu nosti vo-
luntatem patris. Tu audis filii
verba et senties spiritum meum. Tu habes
consolacionem et delectacionem in allocucione
matris mee et sanctorum meorum. Ergo sta fir-
miter. Alioquin senties iusticiam
meam per quam cogeris facere quod nunc
te moneo benivole.

Ego sum deus ille qui olim
dicebar deus abraham et
deus ysaac et deus iacob. Ego
sum deus qui dedi legem moysi.
Lex erat quasi vestis. Sicut enim ma-
ter que habet infantem in ventre parat
vestes. Sic deus preparavit legem que
non erat nisi vestis et umbra et signa
futurorum faciendorum. Ego autem vestivi
me et involvi me istis vestibus
legis. Deinde postea crescente puero
mutatur vestis antiqua et assumitur
nova. Sic ego completa et deposita
veste antiqua legis assumpsi novam
vestem id est legem novam et dedi omnibus
qui volunt habere vestes meam.
Vestis autem ista non est stricta vel
difficilis sed ubique moderata. Non
enim precipit nimis ieiunare vel la-
borare vel se occidere vel aliquid ultra
possibilitatem facere. Sed profitabilis est
ad animam et ad corpus moderandum
et castigandum. Aptatur corpus cum cu-
mulum peccato ad quod ipsum peccatum
corpus consumit. Itaque in lege ergo nova
duo inveniuntur. Primo districta tem-
perancia et usus debitus rerum omnium.
Secundo facilitas sequendi legem. Qui
mentalem supernaturalem dulcedinem
amoris divini vel an non Et utrum
tunc videt et audit aliquem sibi
aliqua mistica loquentem aut
divinas doctrinas et spirituales de-
monstrantem vel an non Et unquam
est persona tales visiones videt Et

utrum tunc sentit illuminacionem seu
quandam illustracionem supernaturalis
luminis intelligencie manifestacionis
veritatis divine illius materie
illarum visionum vel an non Deinde qualis
est et materia ipsarum visionum debet
examinari utrum visiones ille
concordent sacre divine scripture vel
an discrepent ab ea. Et utrum
visio illa sit ad humilitatem et actum
virtuosam direccionem et salutem animarum
vel an inducat in errorem catho-
lice fidei vel an inducat in aliquod
monstrum et novum vel aliquid quod
racioni discordet vel aut bonis
virtuosis et laudabilibus moribus non
concordet. Et an iste visiones pre-
sent vel aliquando mendaces et false
sed quod illa que predicunt aliquando
fiunt vera et aliquando non. Et an predicunt
nobis futuros honores aut divi-
cias aut laudes humanas an
similiter promovent an eas inducunt
nos quod extollamur aut presumamus
et confidamus de aliquibus virtu-
tibus nostris an quod humiliemur sic utrum
nos moneant ad obediendum ecclesie
prelatis et simplicibus virtuosis personis
simplicibus et propositis nostris an ad
gloriam. Et contra veritatis. Finaliter
dico quod ad perfectam examinacionem
faciendam necessaria non tantum de
qualitate persone que videt visiones
et de qualitate et modo videndi
quam est de qualitate materie visio-
num et de modo discernendi spiritus
qui illas ostendunt in similitudine
seu monstrant utrum boni spiritus
an mali sint. Vide plenissime
in libro celestium revelacionum dei
edictum beate Birgitte de Suecia
de qua hec assumpsi in prima libri iiij c°.

Et eciam libro .liiij° ca° . Et in tercio libro
x ca° . Et in iiij° libro xxiiij° capitulo et
ix ca° . Et in septo libro lij° ca° et lxviij°
ca° cum multis similibus vbi predicta do
mina sponso et virgine maria plene
instruebatur de ista materia discernendi
spiritus et visiones et mentalia sen-
timenta. Nam si talis spiritus examinatio
non precesserit error periculosus po-
terit euenire in approbante in discu
ssa et ex abrupto talia videntem
et eius visiones et reuelaciones quia
forte iste subitus et indistinctus ex
abrupto approbans talem viden
tem et eius visiones recipiet falsa
pro veris et vera ut falsa periculosissime
reputabit Et sic bone et vere visio
nes seu locuciones diuine respuentur
et non credentur nec eis obedient Eciam
si veritati et voluntati dei processerunt
falsis vero illusionibus fides prestabitur
et obediencia in dampnum credentis
ut subito approbans aut reprobans
indiscrete et ex improuiso quod sepe
contigit tam in veteri testamento quam nouo
et adhuc hodie talis error sepe
contingit propter defectum discreti et
maturi examinis Continetur quod qua
litas persone et vita beate Brigitte
cui infrascriptus liber extitit reuela
tus recitatur

Vos igitur in theorica vestra inue
niam respiciendo ad materiam
specialiter persone cui reuelatus
fuit presens liber Reuerendissime sciendum
quod est quod illustris domina sancta memorie
beata Brigitta que visiones presentis
libri et eciam magni libri celestis et
alia multa in spiritu vidit et audiuit
et ex precepto dei illas conscripsit ut
habetur in libro sexto celesti ca° p° c°
de genere regum gottorum exorta et
in regno Swecie quod est ad aquilo
nem nata fuit eius parentes
nobiles et virtuose vixerunt ordini
adhuc in coniugio viuens multo

sunt ad continenciam perfectam adduxit
ut multis annis sine carnis copula
viuerent et sic ambo ad sanctum Jacobum
de Gallicia profecti sunt peregre in
magnis laboribus et expensis cum
deuocione maxima et peracta ad pa-
triam suam regni Swecie redi
erunt vbi tunc predictus maritus
migrauit ad dominum Ipsa vero tunc ac
censa perfecto caritatis amore totam se
ipsam totaliter tradidit qui illam illico
in sponsam benigne suis vlnis am
plectendo suscepit ut habetur in iiij°
libro celesti p° ca° Et tunc ipsa in
cepit habere clariores visiones di-
uinas quas statim supposuit examini
humiliter cuiusdam sui patris spiritualis
sancti viri qui erat magister in the
ologia scilicet Magistro Mathie de Swecia
canonicus lincopensis ecclesie qui glosauit
totam bibliam ut habetur in iiij° li° celesti
lxxxix ca° et exposuit eciam dicto
istas visiones suas humiliter examini
et iudicio aliorum prelatorum et religioso-
rum spiritualium virorum ut habetur in
quarto libro celesti lxxviij° capitulo
Et expressius in prologo regule salua
toris ei diuinitus reuelate. postquam
predicti viri periti in sciencia et spirituales
inuenta visiones et infusiones et
reuelaciones predicte domine approbauerunt
et firmauerunt eas procedere a spiritu
veritatis et non ab illusione spiritu
falsitatis. Tunc ipsa desiderans
christum pauperem et pauper sequi et
eius quodammodo vestigia imi
tari de omnibus bonis suis nichil
sibi nisi simplicissimum victum et
vestitum humilem reseruauit et sic
ceteris aliis bonis distributis inter
filios suos et christi pauperes ha
bundanter et cunctis secularibus
expediens ex precepto egressa est
exemplo abrahe de terra sua et
de cognacione sua ut patet in legenda

vite eius et sic ad romam peregrinando deuenit ad standum in urbe prius et ad visitandum limina apostolorum et reliquias aliorum sanctorum. Donec perpetuo ei aliud percipit genus per sanctum alios duos seniores antiquos et maturos virtuosos ac virgines et expertos patres spirituales qui usque ad mortem eam secuti sunt. Congruum enim erat quod iste castissimus sponsus qui suam matrem discipulo virgini commendauit quod sic nouam sponsam eciam regendam virginibus et virtuosis patribus commendaret. Ex quorum unus mathias et prior cysterciensis religiosissimus erat vir gottanie et satis sancta literatus. Et quia ipsa dina reuelaciones scribebat ut proferitur ex precepto xpi in lingwa sua Gothica ideo ex eodem precepto xpi iste prior transtulit de illa lingwa sua materna in latinum omnes libros et istum putem ad dominam diuinitus reuelatos de quo quidem religioso memoria fit in prologo libri celestis in fine. Alter vero pater spiritualis istius domine erat quidam presbiter de Swecia virgo eciam venerabilis et sanctissime vite qui totam domum predicte domine regebat et eam cum filia sua grammaticam tantum ex precepto xpi docuit et imbuit altum prinalis correctionibus atque corrigendo duxit quibus patribus ipsa in tota vita sua in omnibus actibus ita humiliter obediuit sicut bonus monachus humilis solet obedire prelato. Ita quod ipsa in tantam humilitatem et obedienciam et perfectam mortificacionem sue proprie voluntatis deuenit quod quando ibat pro indulgenciis ad sancta loca semper cum predicto presbitero suo patre spirituali non audebat elevare aspectum oculorum suorum de terra nisi prius nisi prius requisisset et obtinuisset de hoc specialem licenciam sui patris

spiritualis eratque ipse eciam die ipsa confitebatur bis et ter. Et omni die dominica ipsa et venerabilis filia sua que secum laudabiliter vixit et usque ad mortem in pura et castissima viduitate confessione percipiebant corpus xpi cum humilitate et deuocione maxima. Sumebat semper in magnis sanctis penitenciis corporalibus semper non oculis hominum ad vanam gloriam sed soli deo humiliter offerebat in simplicitate cordis et puritate spiritus supradictorum duorum patrum spiritualium humili subiectione et continua obediencia spirituali quibus patribus visiones ipsas quas ipsa beata Brigitta habebat statim detegebat et omnia humiliter subiciebat eorum iudicio et discrecioni et non solum ipsa erat humilis coram apud homines sed eciam in tantum apud deum tam indignam et peccatricem se reputabat quod in oracione sepe loquendo xpo quasi de eo stupendo mirabatur et quodammodo eum redarguebat quia eam tam indignam ad videndum visiones diuinas et audiendum et scribendum sanctissima verba eius ipse sibi eam elegerat ut clare videre potest in iiij libro celesti xv capitulo et in septimo libro capitulo lj in principio et in fine. Tunc ego et in iiij libro capitulo xviij cum aliis pluribus. Tante autem paciencie et equanimitatem habebat perfecta dua non ego vindico volo sed pocius respondebat de hoc tibi illa gloriosa virgo sancta agnes que de hoc testimonium perhibet in iiij libro celesti capitulo cxxiiij. Quod incipit Agnes loquitur ad sponsam dicens veni filia et pone tibi coronam factam de preciosis lapidibus preciosis et de hoc vide lacius in legenda vite eiusdem domine beate

Brigitte cruralem circa ardorem ca-
ritatis quam ad xpm et eius matrem
virginem vide in iiij° lib° celesti
lxiij° ca° et in vij° lib° lxj° ca° et in vl-
timo lib° primo ca° et ca° xiiij° ac etiam
in multis pluribus proximos eciam
ista mira compassione diligebat
quam pluries in pace et pro omnibus
inginte etiam ad xpm orando in sum-
tas preces et lacrimas frequenter devo-
tissime effundebat ut patet in lib°
iiij° xxiij° ca° et etiam in multis aliis
capitulis lib° celestis ymo quodam
tempore cum rex Swecie grauare vel-
lent subditos suos in toto regno
magnis exactionibus ut solueret
quandam pecunie quantitatem
inquam tenebatur creditoribus tunc
beata brigitta dixit regi / Domine
noli facere hoc sed recipe duos fi-
lios meos et pone eos obsides do-
nec solueris non potes et non offende-
re deum et subditos tuos hoc clarius
habetur in legenda eius vite om-
nibus autem aliis virtutibus anima predicta
domina adornata et repleta erat quam
xpus tamquam in sponsam miro modo
recepit et ipsam mirandis consola-
cionibus et diuinis graciis frequentissime
visitauit dicens ei ego elegi te
michi in sponsam et ostendam
tibi secreta mea quia michi sic placet
et post paululum subiunxit dicens
secunda assumo te michi in sponsam
et in meam propriam delectacionem quale
decet deum habere cum anima casta ut
patet hoc in primo lib° celesti ij° ca°
cum multis pluribus que in celesti-
bus in libris eiusdem domine diuinitus
reuelatis de quibus quidem diuinis
graciis ipsa numquam superbiebat ymo
se tecisse quam humilitando me teste
cum lacrimis et magis deuocione

se deo reputando quam indiciis
de hoc sibi sunt esse timebat late
quia ipsa thezaurum istum diuinarum
reuelacionum abscondere obstulisset
custodiam inclusisset Sed xpus
eam imperio verborum suorum pluries
astrinxit ad scribendum et loquendum
sua verba diuina intrepide summis
pontificibus imperatori regibus
et principibus et aliis gentibus
ut epistolis diuinis verbis scilicet liber
celestis et precipue libri homines pec-
catores ad deum se conuertunt / boni
autem et iusti in melius proficiunt
ut patet hoc clare in multis libro ce-
lesti ca° xxvij° et in sexto lib°
ca° primo cum multis pluribus et isto
predicti lib° imperatoris ad reges in
pluribus capitulis ex quibus eius thez
bitam epistolam ludibriis patz
deorum xpianorum impietatis arguere
audebit ut non tueretur in se spirante
et non se sed ipsum quod dulcedine eius
plenitudine glorificante vel magis
bonus sponsus castam coniugem
et fidelem exponit adulterio illu-
denda / Hic ostenditur qualibus modis
beata Brigitta habebat visiones
et reuelaciones

p Preter ea que iam dixi supra
et patefeci nescientibus
aliquam de qualitate processus
et virtutibus beate Brigitte Nunc
autem quia multi mirantur et dubi-
tant de ista gracia videndi et audi-
endi visiones spirituales prefate beate
domine data et certificari de sicut veritates
de modo quo ipsa talia videbat et au-
diebat se requisierunt me quod ego
eis hoc seriose dicerem et de pura
veritate eos clare certificarem / scilicet
ad honorem dei et virginis et pre-
dicte beatissime domine ac etiam ad

removendum dubium de cordibus
predictorum dubitancium. Quidam eis po-
stea qualiter et quibus modis ipsas visio-
nes et revelaciones videbat et au-
diebat et predicta presentilabora domine
septime probabo quod a spiritu sancto sunt hec et non
a spiritu illusionis. Ad primam igitur dico quod
ipsi patet de modo quo ipsa visiones
videbat continetur non solum prima sed etiam
prohemio et beate Birgitte que in
pluribus capitulis librorum hec ipsa
qualiter satis clare notificat et presertim
in quinto libro celesti lxxvij capitulo et libro
vjº lxº capitulo ubi cum Christo ipsa loquitur
in hec verba: O karissime deus et omnium
dilectissime mirabile omnibus audi-
entibus est illud quod tu mecum fecisti
nam quando tibi placet sopis corpus
meum non tamen sopore corporali sed
cum quadam quiete spirituali. Animam
autem meam tunc quasi a sompno
excitas ad videndum et audiendum
atque sentiendum spiritualiter. O domine deus
quam dulcia sunt oris tui verba
videtur michi vere quociens verba spiritus
tui audio quod anima mea illa
in se deglutiat cum quodam sentimen-
to ineffabilis dulcedinis sicut suavissimum
cibum qui cadere videtur in cor
corporis mei cum magno gaudio
et ineffabili consolacione. Mirabile
tamen hoc esse videtur quod dum verba tua
audio tunc utrumque efficior scilicet saciata
et famelica. Propter hoc autem saciata quia
tunc nichil aliud libet michi nisi illa.
Propter hoc vero famelica quia semper
augetur appetitus meus ad illa.
Et de hoc in prologo et etiam in fine re-
gule salvatoris eidem domine divinitus
revelate et aliis pluribus. Ego etiam
deo teste pluries vidi predictam dominam
aliquando sedendo aliquando prostratam
stare in oratione totam absorbtam

et quasi examine alienatam a sen-
sibus corporis raptam in extasi
spiritus nichil videns nec audiens
de hiis que audiebantur in loco illo
ubi ipse corporaliter erat que quando
revertebatur ad se mirabatur michi
indigno ad talia et presertim duobus
confessoribus suis visiones quas
tunc habuerat et secreta misteria
et archana dei habetur etiam eius
modus videndi visiones satis clare
in quadam visione et revelacione
secreta pape domino beatissimo
domino pape Gregorio xjº ubi narratur
qualiter ipsa existente in oratione vigi-
lando rapta fuit in spiritu. Et tunc
omnes eius corporis vires quasi deficere
videbantur sed cor ipsius inflammabatur
et exultabat caritatis ardore divino
roboratum confortabatur spiritus eius atque
etiam tota anima ipsius consciencia et intellige-
ncia replebatur intellectu spirituali ut
ibi continetur. Aliquando quoque ipsa sen-
sibiliter sentiebat cum ineffabili ex-
ultacione spiritus quendam sensibilem
corporalem motum mirabilem in corde
suo quasi ibi esset infans vivus
se revolvens qui motus exterius videbatur.
Et de hoc dubitans ipsa an esset
illusio dyaboli ostendit suis patribus
spiritualibus qui videntes et tangentes
illud in stupore ad miracionem
redacti sunt. Hoc tamen dubium
declaravit ei Christus et virgo Maria
satis pulchre dicentes quod ille mo-
tus cordis non erat illusio sed divina
gratia et operacio spiritus sancti ut habetur in
vjº libro ~~lxxx~~ xviijº capitulo et in vjº libro
lxxxviijº capitulo. Item sciatis quod aliquando
ipsa domina Birgitta orando vigi-
lando in excessu mentis videbat
in spiritu aliquas species seu formas
in spiritu nec tunc declarabatur ei qui

significarent illa visa sed remane-
bant illa dubia et incerta de signi-
ficationibus illarum visionum ut habetur
in iiii° libro celesti vi° capitulo cum
multis similibus et infra in isto presenti
libro celesti ~~imperatoribus~~ imperatoris
adiciens xxxi capitulo. Eciam visiones ali-
quando postea declarabantur ei a Christo per
successum temporis ut habetur in dicto capitulo xxxi° istius
libri et aliquando nichil umquam declaraba-
tur ei de significationibus illarum visionum
sed semper remanebit de illis ut ha-
betur in aliquibus capitulis libri cele-
stis. Aliquando vero in spiritu videbat
vigilans visiones in presencia aliqua
et quasi semper statim in eadem hora
declarabantur ei visiones ille a Christo
loquente vel a sua matre virgine vel
ab angelo vel ab aliquo sancto et mani-
festabantur ei tunc divinitus in
telligencia sua significationes
illarum visionum ut habetur in iiii° libro
vii° capitulo et in vi° libro xxxv° capitulo
et in lii° capitulo et in isto libro presenti
infra in septimo xlviii° capitulo cum multis
similibus que in libro celesti invenimus
et in isto. Sed potes querere quomodo potest
esse quod ista beata domina in oratione vigi-
lans poterat videre quod sepe videbat
raptam in spiritu Christum et eius matrem
virginem et angelos et sanctos qui sunt
immutabiliter et essencialiter stant
in celo et in eodem instanti videre a-
nimas cunctas ac eas et eciam de-
mones loquentes in purgatorio
et inferno et eciam personas adhuc
viventes in hoc mundo et omnes
istos videbat ordinate in eodem
instanti ad invicem simul et utrum
quando hec videbat dicta domina anima eius
fuit in corpore vel an extra corpus nescio
deus scit. Quoniam non ego sed illa speculum
omnis sapiencie et sciencie regina celi

Maria tibi respondet valde pulcre
in vi° libro lii° capitulo in fine cum similibus
ubi declaratur quod hoc fiebat virtute ele-
vationis magne utilitatis totius
corporis celestis et cooperatione et ministerio
spiritus sancti. Aliquando quippe
visa in contemplacione Christi vel sanctorum infunde-
batur in momento intellectui eiusdem
beate domine aliqua magnalia scilicet revela-
tiones que omnium revelationes mi-
steria et durationes ordinum et temporum
et regule sancte vite per providum influxum
spiritualis luminis et tali modo habuit
quasi in momento totum librum qui dicitur
qui est quintus liber in numero inter
libros celestis voluminis et regula
eciam salvatoris religionis monialium
revelatum et ut ibi in fine libri
regule habetur xxix° capitulo. Aliqu-
ando eciam angelum corporeis oculis
ipsa videbat qui ex dei precepto ei
sermonem pulcherrimum et satis prolixo-
rum paulatim et seriose dictabat
et ipso dictante in eodem instanti
ipsa scribebat. Et sic fuit scriptus per
intervalla temporis ille excellentissimus
sermo angelicus de excellencia ma-
rie virginis qui dividitur per lectiones
que debent per ebdomadam nocturna-
tim legi cum canonicalibus in matutinis
in dicta religione monialium regule
salvatoris. Aliquotiens quoque vidit
predicta domina Brigitta non solum in spiritu
visione eciam suis sanctis oculis corporalibus
dominum Jhesum Christum et matrem eius virginem
et presertim in fine vite sue ut infra
patebit etc. cum ipsa testabatur felici-
ter. et sine pressuris spiritualibus
premiorum tamen parte ipsa ipsa nemi-
nem videns videbat coram filium
dei vel virginis matris vel aliquem
angelum vel sanctum loquentem sibi verba mi-
rabilia ad celitatem presentium dictorum

incognitum contra ipsorum genera et revelacionum
misteriorum ut patet in omnibus supradictis
libris ubi maior pars capitulorum in-
cipiunt Filius loquitur vel Mater loquitur
ad sponsam etc. Et aliquando tali modo
predicebant ei multa futura et prophetica
verba obscura quorum significata ipsa
nesciebat an intelligerentur textualiter
an figuraliter vel an spiritualiter vel per
quem modum. Una sepe ipsa aliqua
talia non intelligebat textualiter
sicut fecit beatus Franciscus cum ei
Christus loquens vel Mater eius ista vo-
lebant debere intelligi spiritualiter ut patet
in iiii° libro celesti xxv et lxxv° capitulo
et in primo libro celestis imperatoris
ad reges xlviii° capitulo cum multis si-
milibus capitulis contentis in dictis
libris. Et aliquociens loquebatur ei tali
modo divinitus verba clara quorum
veritas et significatio ei tunc clare
pandebatur et aperiebatur ut habetur in mul-
tis capitulis libri celestis. Et videtur
hoc in libro isto septimo ad reges
xlviii° capitulo per principium. Veritas tamen
prout ego indignus sepe audivi ab
ore eius semper in omnibus istis
supradictis modum visionum ma-
xima dulcedine amoris dei et in-
effabilis consolationis divine ipsa sen-
tiebat in anima et mente sua intima
quod quasi ineffabile nisi cum suspi-
riis aut lacrimis hoc michi refer-
re poterat. Hic examinatur predi-
nam septimum per quam species visi-
onum continentur visiones istius libri
et alie revelate beate domine Bri-
gitte.

Respondeo igitur iam certificans du-
bitantes qualitate et
virtutibus persone prefate
domine Brigitte beatissime et de mo-
dis diversis quibus ipsa divinas visio-
nes et revelaciones presentis libri et
aliorum librorum videbat et audiebat

atque sentiebat ut supra patet. Nunc
autem restat de qualitate materie ipsarum
visionum et revelacionum. Sed quia satis
tetigi de illa supra et tangere in isto hoc
certum et ista. Ergo omnes impera-
tores et ceteri expediente huius libri
materia et aliorum librorum suorum patet
evidenter. Ideo non fugo plus procedere in hoc
sed restat nunc michi examinare
et declarando probare secundum septimum et
dicta sanctorum doctorum sub quibus speciebus visionum
continentur supradicte visiones et revelaciones
continebantur. Sciendum est igitur primo
quod Augustinus in libro xii° super Genesim
ad litteram et Ieronimus in prologo Apoca-
lipsis tria genera principalia visionum describunt
scilicet corporale spirituale et intellectuale.
Visio enim corporalis est quando corporalibus
oculis aliquid videmus. Spiritualis seu
ymaginaria visio dicitur cum videlicet
dormientes vel vigilantes in spiritu
ymagines rerum cernimus quibus aliquid
aliud significatur. Sicut videt Pharao
spicas et Moyses rubum ardere. Ille
dormiens et iste vigilans. Intellectu-
alis visio est cum videt spiritu sancto intellectu
revelante non figuras sed veritatem misteriorum
sicut est tempus quo vidit illa Iohannes
que in Apocalipsi referuntur. Non enim fi-
guras tantum in spiritu vidit sed et eorum
significata mente intellexit. Primum
itaque genus visionum scilicet corporale
non multum tangit materiam hanc. Tamen
aliquibus vicibus ipsa beata Brigitta
gloriosam virginem dei et eius filium cor-
poralibus oculis vidit scilicet quando
erat puella vidit eam altare
et virginem dei super sedente que vo-
cavit eam et imposuit ei coronam
et illum qui pictabatur in pictura et
virgo dei intravit ad eam et vi-
dentibus duabus ancillis illis que ad
erant tetigit membra eius et
statim liberata est ut hic habetur in

legenda vite eius et item quando
vidit ignem descendere de celo super al-
tare et in manum presbiteri celebrantis
hostiam et in ea agnum et faciem hominis
in agno et agnum in flamme. Et item
vidit in manum presbiteri in hostia
in forma viri qui signando asta-
ntes signo crucis dixit benedico vos
credentes non credentibus ero iudex
vide de hoc in vi° lib° celesti lxxxvi°
ca°. Cumque etiam ipsa iam ageret in extre-
mis vidit item corporaliter christum eam
consolantem ut supra dictum est. Talis enim
visio credendum est quod absque dubio a christo
eius sponso sive spiritu sancto nuncio in
eius consolacionem fuit ostensa ut in
maligno spiritu illusione monstrata.
Et hoc patet clare quia ipse dominus
noster ihesus christus predixerat ei diem
obitus sui et quando antequam ipsa ex-
piraret precipiens ei sacramenta ecclesie
suscipere et de statu suo et ecclesie sibi ali-
qua prius tunc revelata dispo-
nendo [illegible] ex precepto a fine
vite dyabolus non dedisset ei si illa
visio dyabolica extitisset probatur etiam
quod illa visio fuit a deo ex hoc quia
nullo demone presente ante ipsa quomo-
ne statim et extrema unctione cum
talibus [illegible] devote rece-
pit quibus susceptis et ipsum christum
corporalibus oculis tunc eam consola-
tam vidit et in manibus eius spiritum
humiliter commendando expiravit
ut hoc patet in ultimo lib° celesti ca°
ultimo et in fine legende vite eius.
Sufficiat tamen modo videre de visionibus
sed corporaliter non sicut prius quia
ipsa domina paucis vicibus videbat
visiones corporalibus oculis de quibus
aut quando visionis spiritualis seu
ymaginarie dormientium non loquar
in quia ista sompnia suspectissima
reputantur in lib° iiii° dyalogorum

xxxviii ca°. Et habetur etiam idem
lib° celesti xxxviii° ca° et item ibi
aliquando sompnia sunt vana et bona
et adeo ut ibi dicitur. Et ibi in libro ce-
lesti vide modum quo debes tenere
que talia sompnia eveniunt et talia
in° dormiendo vidit etiam beata domina
cum adhuc puella esset scilicet christum
quasi tunc crucifixum et ab illa
hora sic affecta fuit cordialiter ad
passionem christi. Nec talis visio cor-
poralis tangit materiam nostram quia
ipsa domina quasi omnes visiones videbat
in oratione vigilando et non dormien-
do et in multis capitulis libri predicti ce-
lestis hoc patet evidenter. Sed veni-
endo modo ad istam secundam speciem
quam dixi patet visionis spiritualis seu
ymaginarie loquendo vigilancium
que tangit materiam nostram dicit
sanctus beatus augustinus in lib° xii° super
genesim ad literam excedendo aut penitus
avertitur atque avertitur animi intencio
a sensibus corporis tunc magis
dici extasis solet. Tunc enim omnes
quecumque sunt presencia corpora etiam
patentibus oculis non videntur. Nec
ille voces prorsus audiuntur quia
totus animi contuitus aut in cor-
porum ymaginibus est per spiritualem
aut in rebus in corporeis nulla
corporis ymagine figuratis per
intellectualem visionem. Ex istis quo-
que verbis patet manifeste quod quando dicta
domina stabat in visione sopita gau-
dio et sopore dulcedinis amoris
divini alienata a sensibus corporis
ut supra ipsa narrat quod tunc stabit
in extasi elevata supra se [illegible] tale
dulcedine et ebrietatem amoris
divini in aliam mentem dyabolus
infundere nequiret. Cuius dicta ipsa supra

et in libris quod dominus animam suam tunc
quasi a sompno excitabat ad viden-
dum et audiendum atque senciendum cele-
stia divina et spiritualia. Et quod tunc ipsa
visiones videbat et voces locutiones audi-
ebat in spiritu. Tunc ostenditur clare quod
illud doctoris Augustini super scriptum quod
tunc ipsa stabat rapta in spiritu spiri-
tualem seu ymaginariam visionem
quia scilicet videbat in spiritu illas yma-
gines seu species et audiebat locuciones
illorum visorum. Erat enim ipsa dixit ut
supra habetur quod tota consciencia et intellige-
ncia eius in illo raptu extasis reple-
batur et illuminabatur quodam intellectu spiri-
tuali etc. Hec quod in momento erat Christo
loquente in supra intellectu eius
multa ut scilicet tota regula salvatoris
et liber questionum et multa alia pepe-
dam influxum lumen intellectualis
supernaturalis. Ecce quod per hec clare ostendit-
ur nobis quod ipsa tunc stabat rapta in
illa extasi. Et tunc illuminabatur et
illustrabatur mens et intelligencia eius
divinitus per supernaturalem intellectualem
visionem. Et scias quod hanc illuminacionem
seu illustracionem mentis divinalis in illo
patet infundere aliam extra in visione
intellectuali nisi sit anima illud
admone ut infra clarius patebit
per Augustinum et Thomam de Aquino et in
hoc omnes doctores concordant. Cum eciam
ipsa dicit quod in illo raptu seu ex-
tasi erat quemadmodum filius et virgo mater
vel aliquis angelus vel sanctus sibi
loquebatur ea que sunt in libro ~~questionum~~
celesti continentur. Et infra in
presenti libro est prologum. Tunc per hec
clare intelligimus quod ipse inspira-
tor deus ad ipsius domine et mater-
nalem ductionem consciencias mittens per
verba doctrine sue dignatus est illustra-
re et quod de secretis misteriis suis
ac de rebus futuris et aliis doctrinis

sanctissimus fuit quadam divina
intima locucione per intellectualem
visionem instruitur nos per ipsam divine
voluit et docere. De qua quidem locucione
beatus Gregorius in xxviij° libro mora-
lium capitulo ij° plene et pulchre nos instruit
inquiens verba. Sciendum inquid est quod
quia in nobis modis locucio divina
distinguitur, aut per semetipsum namque
dominus loquitur, aut per creaturam angeli-
cam eius ad nos verba formantur. Sed
cum per semetipsum dominus loquitur sola
in nobis vis interne inspiracionis aperi-
tur. Cum per semetipsum loquitur de verbo eius
sine verbis et sillabis cor docetur, quia
virtus eius intima quadam sublevacio-
ne cognoscitur ad quam mens suspe-
nditur. Vacua gravitur pondus cum cete-
ris et quod omnem eam quam replet
levat incorporeum lumen. Est quod intus
vere replet et repleta extrinsecus circumstebat
sine strepitu sermo est, qui ad audi-
tum aperit et tamen sonitum nescit et postea.
Unde cum dei quasi quidem nobis
verba dicere est occulta mea que age-
nda sunt intimare. Et cor hominis
ignorantis non subito strepitu et tarditate
sermonis pandit repente de abscondi-
tis reddere. Et per contra si meminis deus
cum dei locucio ad nos intrinsecus fit
videtur potius quam auditur, quia dum semetipsum 2
ipsum sine mora sermonis insinuat
repentina luce cor ignorancie te-
nebras illustrat. Et ille Gregorius.
Tali cum intima divina locucione ista sancta
domina de hiis que continentur in hoc libro
et in libro celesti ad spiritualem doctrinam
imperatoris et regum et summorum pon-
tificum et prelatorum et omnium gencium et
eciam ad conversionem infidelium apponendo
suo Christo loquente docebatur et instru-
ebatur ut patet per totum librum celestem
et presentem. Videtur eciam Gregorius in prologo
allegato capitulo dicens quod aliquando ymaginibus

et corporis oculis ad tempus apparere assumptis
per angelos loquitur nobis deus sicut abraham
qui non solum tres viros vidit, potavit
sed etiam comitando tecum suscepit. Et sic
dicit dominus nisi cum angeli quedam nobis
nuntium nuntiantes ad tempus apparere
corpora sumunt ex [illegible] perfecto no
stris obiectibus non appropinquarent
ut ait Gregorius. Tali etiam modo deus
sepe per angelum loquebatur sponse
predicte et presertim cum in roma ipsa
exponeret angelus qui sermonem de excel
lencia sermonis dictavit ei [illegible]
que etiam ipsa corporalibus oculis cottidie
vidit et ipsa illo stante per intervalla
temporum ipsa sermonem eundem conscripsit ut
supra patet. Sed potest queri quare
verba dei aliquando obstruet ita de ipso
dicuntur quod diversimode interpretari possint
Et quare aliter propheta audiente et
aliis omnibus et aliter a deo loquente
intelliguntur ut patet in beato francis
co quando ei dictum fuit a christo vade
et repara ecclesiam meam et in multis aliis
qui verba que spiritualiter intelligi de
bebant materialiter et textualiter intelle
xerunt. Respondeo secundum quod dicit Augustinus
libro xii super Genesim et Thomas de aquino
in secunda secunde in tractatu de prophetia. Et alii doc
tores quod non semper propheta recte intelli
git que sibi in visione dicuntur et re
velantur. Et super hoc vide solutionem
quam dat ipse beate domine gloriosa virgo
maria in isto presenti libro infra scrip
to scilicet imperatoris ad reges capitulo xl
viii quasi in principio infra. Sed po
tes querere et vide in iiii libro
celesti xvi et lxxv capitulo libro celesti
xvi et lxxvi capitulo cum multis similibus
Et tali modo sancta domina birgitta
aliquando intelligebat verba visio
num corporaliter seu literaliter. Etiam
christus vel virgo eius loquentes in
telligebant illa spiritualiter vel figu

raliter ut supra patet in proximis alle
gationibus. Liquet igitur ex predictis eviden
ter et experiencie materia librorum
isti benedicte domine divinitus revela
torum quod ipsa fuit adeo singularissime
gratiam spiritus prophetie pariter dei lo
cutionem et per spiritualem et intellectualem
visionem ei divinitus gratis data. Sa
nctam ipsa prophetia et revelatio ac scien
tia et doctrina cum ex visione spirituali
seu ymaginaria aliquorum corporum seu
signorum accedente tunc ibi fluxu
luminis et intellectualis et supernaturalis vi
sione ut patet ex modis et sentimentis
supradictis quibus ipsa visiones vide
bat. Et ex dictis Augustini in libro xii super
Genesim ad literam ubi est textus clarus
de hoc quia ymagines corporalium
spiritui eius expresse sunt et quasi per
ceptum intellectus divinitus revelatus
in mente. Ymo audacter dico secundum
beatum Thomam in secunda secunde questione capitulo
lxxiii. Et secundum doctores alios quod
iste gradus prophetie isti beate domine
divinitus gratis datus inter omnes
alios gradus prophetie altior iudicatur
quando scilicet propheta non solum signorum
visionum vel sompnorum sed etiam videt vigi
lando aliquem sibi colloquentem aut
aliquid demonstrantem. Et presertim si
ille loquens vel demonstrans sit in
specie dei quia dicitur quod semper quanto
ille propheta appropinquat ad dictam
revelationem quam si ille loquens vel
demonstrans se ostenderet in specie
hominis vel in specie angeli. Secundum illud
ysaie vi capitulo. Vidi dominum sedentem
Et maxime eo quod inter omnes
scripturas aliorum prophetarum clariori modo
intelligendi adeo scriptura ista per
fate domine quam alie scripture aliis
scriptis sunt revelata quia et
nicolaus delira in prologo super
psalterium. Et alii doctores idem

dicunt scilicet quod ille gradus prophetie est ex-
cellencior ubi ceteris paribus est in-
telligencia clarior secundum hoc propheta-
re divina scriptura quod visiones et re-
velaciones istius libri et aliorum beate
Brigitte emanaverunt et processerunt a
spiritu sancto et non ab illusione dyabo-
lica probatur xxvij signis sive ordinibus
hic contentis

Ulterius iam quia supra proxi-
me clare ostensum est subtiliter
intuenti sub quo genere visio-
num continentur iste presens liber et alii
revelati prefate sanctissime domine Brigitte
ideo nunc videamus secundum dicta
sanctorum an a spiritu sancto veritatis vel an
ab illusione et spiritu falsitatis visiones
et revelaciones istorum librorum illi
fuerunt inspirate. Dico ergo quod multe
differencie sunt in quibus potest
discerni visio vel revelacio boni spiritus
a malo tamen inequaliter. Persone ta-
lia videntis quam in sentimentis interio-
ribus ipsius anime quam eciam in
modo videndi et in materia visionum
discuciendo subtiliter ad quid illa
visio nos promovet et inducit. Secundum
quorum noticiam et peritiam discer-
nendi ne illudatur ista prefata domina
beatissima pluries et clare satis
divinitus fuit edocta et principio
nec non et documenta divina plenius
informata et habetur in principio libri
celesti imperatoris capitulo et in quinto libro
xix capitulo et in iiij° libro x capitulo
et in vi° libro vij differencias que
assignantur iste domine Brigitte spon-
se Christi atque matre Maria inter visio-
nes boni spiritus et mali satis pul-
chre in quarto libro xxiij° capitulo et
cx° capitulo et in vi° libro lxxviij° capitulo
et lxix capitulo et xcv° capitulo cum multis
pluribus. Et licet tam clare et

notabile multa est ista gratia divina
prefate domine beate Brigitte divinitus
gratis data quod nulla suspicione
falsitatis spiritus valet obfuscari
et maxime cum iam ipsa adhuc
alias fuit in regno Swecie di-
ligenter examinata per prelatos et in-
ternos spirituales et magistros in theologia
et licet per eos fuit determinatum quod
ista gratia sit divina et a spiritu sancto divinitus
ei data ut supra dixi. Et licet eciam
item iuxta capitali in presencia domini
Buchardi archiepiscopi et tunc magistrorum
in theologia et aliorum plurium multum
peritorum virorum me teste ista gratia
fuit approbata ymmo quedam revelacio
quam tunc ipsa domina eis porrexit
per unum dictorum magistrorum ex precepto domine
regine et archiepiscopo coram toto populo
civitatis ad hoc vocato specialiter
fuit in ecclesia kathedrali publicata
et sollempniter predicata. Nichilo-
minus tamen ad maiorem confirma-
tionem et ut mordacibus detractoribus
calumpniatoribus silencium imponatur
et pie deliberantibus plenarie
satisfactio impendatur volo per hac
predicta sacre scripture et sanctorum patrum
quod ista sunt adeo data et infusa
prefate domine ad confortandum et utili-
tatem tocius corporis ecclesie et diver-
sorum aliorum electorum et non a spiritu ma-
ligno illusionis inspirata, et hoc
probo per viij signa seu rationes infra
scriptas quibus discernitur visio boni
spiritus ab illusione dyabolica. Primum
signum certissimum est quod visio sit divina
scilicet quando illa persona in visionibus
videntis est realiter humilis et vivit
sub obediencia et disciplina continua
alicuius patris spiritualis discreti
senioris et virtuosi et experti in vita

spiritualis Et quando non presumit de
se ipsa persona videns uel quod tollatur
uel se iactat uel appetit laudes
humanas uel occultat visiones
Sed cum humilitate vera vincens
omnes visiones et temptaciones suas
statim tegit et exponit humiliter
examini et iudicio sui patris spiritua
lis et aliorum seniorum patrum spiritualium
et tunc apparitio incipit quod ille
uel illi approbant Et ut reprobata
repudiat illa que illi reprobanda
diffiniunt Talis enim anima dico quod
non potest illudi Et de hoc est textus
clarior in libro Collacionum patrum
Johannis Cassiani Collacione ii capitulo
Et ut clarius eadem que loquitur de illo
monacho propter angeli lucis delusione
a dyabolo Et eadem Collacione capitulo Tunc
Moyses de hoc loquitur inter verba
Nullatenus enim inquid decipi quis
potest qui non suo iudicio sed maiorum
vivit exemplo uel ualebit igno
rancie eius callidus hostis illu
dere qui universas cogitaciones cor
de nascentes perniciosa uerecundia
nescit detegere Sed eas maturo
examine seniorum uel reprobat uel
admittit Illico namque ut patefacta
fuit cogitacio maligna marce
scit Et antequam discretionis iudicium
proferatur serpens teterrimus velud
a tenebroso subterraneo specu uirtute
confessionis protractus ad lucem
traductus quodammodo fugat de
nestatus abscedit Et tunc diu enim
nopie suggestiones dominantur in
nobis quamdiu celantur in corde
Hec ille Moyses Et inde ibidem
in capitulo sequenti Legitur ad prefata
domina beata Brigitta vincebat

semper per spiritualem obedienciam et doc
trinam patrum spiritualium seniorum et
illustriorum quorum Et sicut in se presum
pcionis dyssimulat verbum humilitate et as
visiones et temptaciones suas
ac eciam alia facienda humiliter
supponit examini et iudicio patrum
et eciam aliorum seniorum ut supra dixi
Ideo clare concluditur quod predicta de
caricione illius sancti patris Moysis
et aliorum patrum sanctorum quod omnia
sibi revelata in libris presserunt
apparuit sancto et non a dyabolo illusione
Et hoc est clarum et manifestum signum
apud omnes viros spirituales et doctores
generales omni ad euadendum temp
taciones et dyabolicas suggestiones
et illusiones Secundum signum visionis
divine in quo non potest anima decipi
est quando anima tempore quo videt visi
ones sentit se tunc totam repleri
et quodammodo dulcari interiori
et inflammari igne infusionis
dulcedinis caritatis divine et quodam
sapore interne dulcedinis amoris
dei Dico enim quod castam internam
caritatem et dulcedinem amoris
divini quam dyabolus non habet nullo
modo potest eam infundere in animam aliquam
quia nullus dat quod non habet
Et ideo concluditur quod qui talia operan
tur in anima deus est presentum
Si tunc illa tota anima replicatur
et repletur illuminacione quadam
sine credulitatis et obediencie
et reuerencie fidei catholice et
sancte matris Ecclesie ut habetur in
iiii libro celesti lxx viii capitulo
tamen pluribus probatur eciam hoc pul
chre per Hugonem de sancto Victore
in Soliloquio de arra anime
in fine tocius tractatus ubi anima

loquitur ei dominus Hoc inquid ultimum
interrogationis mee suscipias quesso
quod est illud dulce quod eius me
recordatione tangere solet ita vehe
menter atque suaviter afficit ut iam
tota quodammodo animam ipsam eliquescat
et nescio quo convertere incipia subito
ut in mittor videor esse incipio ultra
quam dicere sufficiam exhilaratur conscientia
in oblivione venit preteritorum dolorum
Exultat animus clarescit intellectus
cor illuminatur desideria delectatur &c. Cui
anime respondit virgo se pulchre
respondens ait vere iste est dilec
tus qui visitat te i. deus &c.
Et ideo dicit beatus Anthonius val
de late et pulchre docendos disci
pulos suos discernere visiones bonas
ab illusionibus ut habetur in vitis
patrum in primo libro in legenda beati
Anthonii ibi nunc iam certis nobis
demonum explicabo fallacias &c.
et ibi vide plene. Dicit etiam Gregorius
in Moralium libro xxviii° capitulo ii°. Cum ad
deus per semetipsum anime loquitur so
la in nobis animis intelligere insinuatio
nis aperitur quia intus eius in
tima quadam dulcissima sublevatio
ne cognoscitur &c. Et vide hoc clarius
in iiii° libro celesti lxxviii° capitulo
Et in ultimo libro capitulo iiii°. Et talis
eciam libri celestis super prologo palle(?) vel
cum multis similibus ex quibus probatur
quod omnia revelata beate Brigitte
que in istis libris continentur non
ab illusione turbabili sed a sancto
consolatore spiritu sanctissimo fuerunt
ei ministrata quod patet per istas alle
gationes superdictas et per illa
consolatoria consilia que ipsa sen
tiebat tempore quo visiones videbat
et divinas locutiones audiebat
ut patet supra per verba que ibi continentur

Tercium signum est in quo cognoscitur
seu discernitur visio divina ab illusione
dyabolica quia patet circa quamlibet sive corpora
lis sive ymaginaria et spiritualis sen
tit influxum supernalis intellectu
alis luminis intelligibilis veritatis et co
mprehendit tunc significationes verbas
illorum visorum et illorum et apparet clarius tunc
intellectus eius et ostenditur seu mani
festatur ei veritas illius materie
Iste cum influxus intellectualis
supernalis luminis seu visionis sine
precedit visio corporalis aut ymagi
naria sive non nunquam a dyabolica potest in
fundi in animam sed solum adeo ut ait
Thomas de Aquino in secunda secunde capitulo de prophecia
questio lxxvii° ubi sit quod demones
in quid ea que sciunt hominibus mani
festant non quidem per illuminationem intell
ectus sed per aliquam ymaginariam visio
nem aut etiam sensibiliter colloquendo
sed non intellectum illius illuminando et
in hoc deficit et differt hec prophecia a via(?)
Augustinus etiam in libro xii° super Genesim ad
litteram sic ait Illuditur autem anima et fallitur
a corporali visione &c. Et preterea subdit
In visione aut spirituali aut ymagi
naria i. in corporum similitudinibus
que in spiritu videntur fallitur etiam
anima cum ea que sic videt ipsa corpora
arbitratur &c. Preterea at hec subdit
dominus at vero in illis intellectualibus
visis non fallitur anima &c. Et preterea subin
git dominus et si videntur ita ut omnes
futura noscantur viventes indicentur
sine ipsa divinitus adiuta sine ali
quo interprete exponente quid signi
ficant sicut in apocalipsi Johannes
exponebatur magna revelatio est
etiam si forte ignoret ille qui auditur
demonstraverit utrum ex corpore excedit
an adhuc sit in corpore sed spiritu a sen
sibus alienato ista viderat nescit
hic Augustinus. Sed etiam hoc queri potest

que dicta est inter revelacionem que fit
conficte ymaginacionis intellectui seu per illu
sionem ymaginacionis et in talem visionis
et illa que fit divinitus per intellectualem
visionem videlicet secundum Thomam de aquino
in secunda secunde q. lxxxiii ar. i° quod prophecie
seu revelacio que fit secundum ymaginac
seu iudicium humane mentis fit secundum
viam intellectualis luminis in illis. Sed
predictum prophecie divine confertur aliquid
humane menti supra illud quod pertinet
ad naturalem facultatem quantum ad u
trumque scilicet quantum ad iudicium per influ
xum intellectualis luminis et quantum
ad accepcionem seu representacionem rerum que
fit per aliquas species / et quantum ad istud
secundum potest assimilari revelacio conficta
ymaginaria aut dyabolica / revelacioni
divine prophecie sed non quantum ad primum
iuxta hunc Thomam de aquino. Ex quibus patet
quod cum intellectuale lumen lumine super
nale influitur que contingit in ymaginaria
visione sine non contingit a dyabolo esse
potest sed adeo concluditur ergo clare quod
cum prefata beata domina in visionibus
suis susceperit illum influxum luminis
intellectualis et supernalis et semper ibi
affuerint aliquis exponens ut Christus
aut mater eius aut angelus aut
aliquis sanctorum a quibus declarabantur et
exponebantur ei similitudines ille et
verba significativa sibi dicta et ostendebantur
illi vere significaciones illorum et ipsorum ut
patet in libris suis Sequitur ergo quod
iste revelaciones et scriptura illorum
librorum adeo insufficiente sunt qui
contra opponi poterunt et non tantum
ab illusione tamen hoc facere impossibile
est ut supra patet per augustinum et Thomam
quia multe dicit visio illusoria
a visione divina et multi omnes
sancti patres et doctores concordant /
certum signum et in quo differat

visio seu revelacio bonorum spirituum ab
illusione dyabolica quando scilicet ei prophecia
seu videns semper vera predicit et catholica
iusticia et documenta loquitur et ho
nestas ac virtuosos mores indu
cit / et hec sunt signa quia talia adsunt
sint / dyabolus in illusionibus suis
interdum dicit vera ut decipiat et ali
quando falsa Sed spiritus sanctus semper
vera et numquam falsa predicit et clare
probat beatus thomas ubi supra per
quas in aliquibus cum signis intel
ligi potest etc. et collacionibus prophetarum demo
num appellata divina ubi dicit Ex quo
super christum ex prophetavit in spiritu dyabolica
et tales sunt illusiones sed sic di
scimus cum dyabolus interdum falsa dicit.
Sed spiritus sanctus numquam unde dicitur deuteronomi
xviii capitulo Si tacita cogitacione respon
deris quomodo possum intelligere verbum quod non
est locutus dominus hoc habebis signum
quod in nomine domini propheta ille predixerit
et non evenerit hoc dominus non est locutus /
dicit eciam augustinus in libro xii° super
Genesim ad literam ex quando aliqui sal
tem in raptu elevacionis mental
lis videntes ymaginaria seu spiritua
lia visione aliqua signa velut ima
gines corporum quod si in hoc eos malus
arripuerit spiritus aut demoniacos
facit aut arrepticios aut falsos
prophetas Cum aut bonos facit eos
fideles misteria loquentes aut acce
dente divini luminis intelligencia veros
prophetas aut ad tempus illud quod
per eos oportet ostendi videntes atque
narrantes hec augustinus Et ideo cum
ista beata domina semper si bene intelligatur
vera predixerit nec in omnibus libris
suis aliquid falsum vel mendacium
vel inhonestum vel non catholicum
exposuit sed omnia vera annunciaverit
et confirmaverit fidem catholicam et
dampnaverit hereticos et semper

virtutes indicaverunt ut patet in isto et in aliis libris revelacionum eius ideo concluditur clare quod omnia ista divina gracia infusa et ostensa ei sunt et non illusione dyabolica. Certum signum quo discernuntur visiones infusae a bono spiritu vel angelo est fructus ille et opera que procedunt ab illis visionibus seu revelacionibus quia secundum evangelium non potest arbor mala fructus bonos facere et a fructibus eorum cognoscetis eos. Nam prophecie vere et ordinate et date sunt hominibus ex magna miseracione dei ad gubernandum actum directorum et adiungi agendorum aut ad revelaciones mysteriorum quasi quoddam lumen divinum quo homines diriguntur et instruuntur in cognitione fidei quam in omnibus operibus virtuosis secundum quod erat expediens ad salutem electorum et diversificate sunt prophecie semper secundum diversificacionem temporum et negociorum sicut ponit Thomas in secunda secunde capitulo de prophecia articulo secundo in capitulo ultimo. Nam dicitur proverbiorum xxix cum defecerit prophecia dissipabitur populus. Et ideo quando videmus quod ex talibus visionibus seu verbis revelatis mentes illuminantur intellectus et consciencia videntur illustrari et vita eorum corrigitur et emendatur convertuntur homines viciosi ad virtuosam et religiosam vitam et de gravitate et odio ad pacem de superbia ad humilitatem et obedienciam et de malo ad bonum et hoc in multis personis diu perseverat tunc certissimum est quod tales visiones et revelaciones que talem fructum germinaverunt et produxerunt non a dyabolica sed a spiritu sancto potius processerunt quia facere dyabolo est impossibile immo totum contrarium procedit a visionibus suis seu potius ab illusionibus suis. Consueverunt enim decipi homines a fide catholica

a bonis operibus a sana doctrina et ab obediencia prelatorum et a recta perfectione ac et subiectione sancte matris ecclesie. Cum igitur ab istis visionibus et revelacionibus et verbis istorum librorum revelatis prefate domine frequentissime semper processerunt ista que dicta sunt et omnibus notus et iudicia morum et conversio et emendacio proximorum emendacio revelacio mysteriorum roboracio fidei dampnacio hereticorum incarnacio inimicorum explanacio futurorum ut etiam omnia in libro hoc et in aliis suis libris ex experiencia notoria et manifesta in multis personis et mundi partibus sunt patencia ideo concluditur racio quod a fonte purissimo et limpidissimo spiritus sancti et non a tenebroso lacu fetido illusionis hec omnia sanctissima processerunt ut in isto moderno tempore errorum caligine tenebrata pristina doctrinam sanctam in agendis suis homines instruerent et sic fugirent a terribili et destecta inficia divina in suis libris contenta ad gremium pietatis et nunc dei servitium signum est eorum hoc adeo sunt et non a malo spiritu mors seu finis laudabilis et virtuosus persone videntis visiones nam sciendum est quod quando aliquis persone visionibus seu potius illusionibus sub specie lucis longe ne decepte fuerint credendo eis dyabolus multa vera ut in fine uno falso decipiet eos quod fit [illegible] in scriptura sanctorum patrum quod isti sunt delusi in aliquos errores vel mortua seu subitanea aut sine perceptione sacramentorum in fine istorum dyabolica distincti sunt et hoc noluit deus semper aliis patefacere ut sibi ab illusionibus coloratis decerneret eos caute. Sed potius in suis suis qui divinis visitacionibus

Seu visionibus inbita eorum consolabantur et illuminabantur. deus in eorum morte operari solitus est quia vita eorum semper pergendo eos dixcit adipos multis virtutibus et miraculis adornavit in morte quosque pali quam singularem graciam et quodam approbacionis indicio eos mirifice clarificavit sicut patet in iohanne evangelista et in multis sanctis aliis. Sic etiam fecit cum ista preclara sponsa sua beatissima ipse dominus ihesus. Nam precincta fuit eius miraculis supernaturalibus gratia quia ordinato progressu ab infimis ascendit ad summa: fuit enim singulariter soli mis mortificacione vivida simpliciter virtutis omnique morum honestate eo spicua propter quod ipse eam in vita sua mirandis graciis supernalibus contulit et divinis visionibus et locucionibus admirabiliter extollit seraphice decoravit ac etiam in fine vite mortem ei eam predixit et in exitu suo insignum approbacionis eius cor poralibus oculis consolacione se ondes ut dilectam sponsam ad celestes nupcias ipsius animam dulcissimo amplexu recepit ut supra dictum est. Et vide hoc clare in vltimo libro celesti ultimo capitulo et in legenda eius Tali cum approbacionis sigillo voluit ipse deus scripturam illorum librorum eius sponse divinitus revelata quodammodo autenticare et admirabiliter ecclesie et fidelium cum mirifice sigillare. Cum enim ei cum nobia totaliter prophetiam spiritualem et intellectualem visione apparuit cum eius contra morte ei predicando se plus quam prophetiam scilicet corporalem visionem monstravit Septimum signum boni spiritus est clarificacio miraculorum post mortem videntis visiones. Nam qui usque ad mortem per visiones a

demone illuduntur. dignum non est quod post mortem divinis miraculis clarificentur. Et quia christi ista dignissima sponsa ad vltimo in visionibus suis inbita delusa non fuit ideo dominus eius cum morte multis et mirandis miraculis eam sponsus clarificavit et resuscitacionem scilicet multorum mortuorum vivum et illuminaciones cecorum et sanaciones surdorum et paralaticorum mutorum curaciones mirificas deinde diversis infirmitatibus infirmorum ut quod ipse in vita fecerat clarum post mortem ipse nobis ostenderet clariorem. Et nunc omnia in tum sunt notoria et manifesta et per deo curecta autentica divulgata et probata tam in regno Swecie quam in Roma et in Regno Cilicie et in alijs multis partibus mundi ubi ad eius memoriam et venerationem a fidelibus ymago eius depicta per multas ecclesias invenitur. Cum alia non indigent probacione nec aliqua predicta canonizacione declarari licet etiam mentes hominum ista divinitus revelata legencium preparare debet ad faciliorem credulitatis accepcionem et vide quod tanta verba tanta que miracula in istis celestibus libris tam serio se contracta non aliam fidem predicant nisi quam christus predicavit Non novum nobis christum nec etiam antiquum nobis christum inducunt Sed eundem credendo animadvertendo sequentes et timendum nos ammonent qui pro nobis passus mortem fuit nichil mutatis que in christo est subtrahunt aut addunt Sed iusticia et misericordia eius ad perfectum salutis nostre in eis quam in ceteris alijs libris prophetarum divinitus clarius ostendunt docent cum nos non ista celestia istorum librorum dicta tunc iste diligere pisse et desiderare celestia sapientia probare et nos cetera potes

legentes et pro aliis intelligentibus audientes
dicitur hoc habetur in 2° libro celesti xxiij°
c° in fine. Cedat igitur temeritas suspi-
cionis fallens spiritus ac detractio superba
et invidia stulti iudicii et detur locus glorie
et gratie deo, que tanto maior esse dinos-
citur quanto ignorantie et minoris fidei
modice videtur mirabilior. Gratias ergo
patri misericordiarum et deo totius con-
solationis agamus qui iubet sene-
scentis mundi miseriis tot mise-
ricordiis occurrit miseriis ne la-
bantur inspirationum de speculationibus etc.
Recapitulatio omnium predictorum
v. [R]ecapitulando.
[R]ecapitulando igitur supradictum modum examinandi
et discernendi personas que
vident visiones et revelationes
dico breviter quod persona que in contemplacione
recipit se humilis et perfectum se in omni
se obedientia patris spiritualis continu-
ua eius discretioni omnia subicit
et mens eius in ordine rapta
in extasim sentit singularem dul-
cedinem amoris divini et tunc in yma-
ginaria visione ex auditu vel sola
intellectuali semper sentit influ-
xum spiritualis luminis intellectualis
veritatis divine et manifestatur ei tunc
veritas illius materie semper va-
procedit in visionibus suis ac ex
visionibus fructus edificationis
et emendationis sui et proximorum
semper procedit, dico quod talis perso-
na non illuditur a dyabolo nec visiones
eius sunt illusione vel decepti-
onde; ymmo totaliter sunt divine et
similiter tamquam de manu dei reci-
piende et credende ac omnimode
obediende ac exequende ut ex omni-
bus supradictis patet breviter et
ex dictis omnium doctorum et sanctorum
patrum super hac materia multipliciter
ac diffuse loquentium. Et sequitur.

die novembris. Electus est Boni-
facius papa nonus in die sancti
Martini.
Incipit prologus libri celestis im-
peratoris ad reges in quo continetur modus
compilationis eius et amonentur reges
et principes quod recipiant hunc librum
devote et humiliter de manu dei et cum
corde et opere sequantur hanc doctrinam
sequentem.
[O]pus quippe libri huius ma-
teriam describendo dicendum
est quod iste liber inscriptus seu
intitulatus celestis imperatoris ad re-
ges qui revelatus divinitus fuit
per spiritualem et intellectualem visionem
predilecte beatissime domine Brigitte condam
venerabilissime principisse Nericie de
regno Swecie, que iuncta fuit
ut supra dixi de illustri prosapia
et prima regum ~~doctorum~~ gottorum
dignum namque erat ut quam imperator
in sponsam acciperet et ad reges
et imperatores specialem nuncium et
quasi quodam modo apostolam cum
suis novis literis et nobilis evangelicis
mitteret, non plebea aut rusticali
prosapia sed regali progenie et na-
tione claresceret. Et ideo quia in illo re-
gio volumine libri celestis in quo septem
libri continentur multe revelationes
ad reges et imperatores pertinentes
incluse iacebant et ut dimes (?) per
materie vagabantur et ut omnes per
materie mixte huius volumine reperiuntur,
ideo de illo spacioso viridario predicti
libri celestis illas ad hoc pertinentes
tamquam pretiosiores extraximus et quasi
flores ad fabricandum novum coro-
nale cum aliis congregantibus
comprehendendo in istum librum compilando
composuimus. Beatus enim qui legit
et qui audit verba prophetie huius libri

et finiat ea que in ea scripta sunt
tempus eius ipse est. Ergo o vos
imperatores et reges ac omnes re-
gimine et ceteri principes in climate cristi-
anitatis deo .i. spiritualiter mites bestias
superbas ambicione et cupidine ple-
nas. Suscipite humiliter istam nouam
celestem regalem coronam dei manu ta-
lem regalis et pulcherrime sponse cristi
quam ipse nobis per eam tam benig-
ne et misericorditer destinauit
hoc est istam scilicet presentis libri
doctrinam que tractat qualiter cum
et quibus diebus reges coram deo debent
aptare ac eciam qualem morigerosam
vitam deuotam et honestam debent re-
ges eorum esse. Debeant quales homines
ipsi reges in consiliarios sibi assumant
et teneant et quales a se remoueant et
expellant qualiter milites dictare
et nobiles ac eciam subditas plebeias
ciuitates debeant qualiter regna sua regant
et rem publicam prouideant et eam zela-
do teneant compassione custodiant
qualiter passagium et guerras contra in-
fideles districto ac iusto et multo
modo faciant. Et ultimate in hoc
modo libro ostenditur eis ex ore se-
dentis in throno quibus acuta est
iusticia dei terribilis super aliquos
reges qui in vita sua regno et
corpore propter peccata eorum priuati et mor-
te mala et vituperiosa iusto diuine
iusticie gladio occisi sunt et eciam
iusticia dei terribilis contra alios reges
mortuos quorum animas presentata spon-
sa cristi in diuino iudicio miro
et districto modo iudicari eciam
puniri videbat ut regibus expresse
ostenderetur modernis quam acutus est
iste gladius diuinus qui tri-
bus acie acuta scindendo ponit

aliquos in honore et vita prospe-
ritatem et mortem. Alios vero cum
alia acie acuciori ponit post
mortem in eternam penam horribilem
et dampnacionem perpetuam ut scilicet omnes
reges et principes sciant quod apud
deum non est accepcio personarum sed
omnino intelligant quod districtum
ac post mortem iudicium diuinum
expectant cum tremore et qualiter in
suis agendis formidando time-
ant. Ideo nunc reges intelligi-
te et erudimini qui iudicatis omnes
qui iudicatis terram. Seruite domino
in timore et exultate ei cum tremore.
Apprehendite ideo humiliter
disciplinam ne quando irascatur dominus
quia cum exarserit in breui ira eius
beati omnes qui puro corde sperave-
runt in eo qui ipse est regum et
dominus dominancium in secula seculorum.
Amen.

Incipit liber celestis imperatoris ad
reges reuelatus diuinitus beate Birg-
itte de regno Suecie

v Vidi palacium grande incom-
prehensibile magnitudine
simile celo sereno in quo erant
innumerabiles persone sedentes in
sedibus indute albis vestibus
et fulgidis quasi radius solis. In pa-
lacio vero vidi tronum mirabilem
in quo sedebat quasi unus homo
fulgencior sole incomprehensibilis
pulchritudinis et immense potencie
dominus cuius splendor erat incomprehensibilis
longitudine et profunditate et
latitudine. Virgo autem iuxta stabat una
sedem throni mirabili fulgore
rutilans habens in capite preciosam
coronam. Et omnes illi assistentes
seruiebant sedenti in throno laudantes.

Erim in principiis et caritatis
et honorabat illam virginem reuerenter
ut reginam celorum. Ille igitur qui
sedebat in throno voce honestissima
dixit michi Ego sum creator celi
et terre unus cum patre et spiritu sancto verus
deus quia deus est pater deus filius
deus spiritus sanctus non tres dii sed
persone et unus deus. Nunc autem
potes querere si tres sunt tres sunt
persone coequales non tres dii. Respondeo
tibi quod deus est ipsa potencia ipsa
sapiencia ipsa bonitas a quo omnis
potestas infra celum et super celum
omnis sapiencia et omnis pietas
que possit cogitari. Itaque deus
trinus est et unus. Trinus in personis
unus in natura. Nam potencia et sap-
iencia est pater a quo sunt omnia
et qui est ante omnia potens non
aliunde sed a se ipso eternaliter. Potencia
et sapiencia est filius equalis patri
non a se ipso potens sed a patre
potente et ineffabiliter genitus
principium de principio et a patre numquam separatus. Ipsa
potencia et sapiencia est spiritus sanctus
a patre et filio procedens eternus cum
patre et filio et equalis in maiestate
et potestate. Unus ergo deus et tres
persone quia una natura trium una
operacio et voluntas una gloria et
potestas qui tamen est unus in essencia
quod tamen sunt distincti proprietate
personarum. Nam totus pater est in filio
et spiritu et filius in patre et spiritu et
spiritus in utroque in una dei-
tate natura. Non prius et posterius sed
ineffabiliter ubi nichil est prius
aut posterius nichil aliud maius
vel minus vel altius sed totum

ineffabile et equale propterea bene
scriptum est quod deus est mirabilis
intellectu et laudabilis. Deus quippe
misit verbum suum in ea virginem per
angelum suum Gabrielem nichilominus
tamen idem deus mittens et missus
a se ipso cum angelo erat in Gabri-
ele et cum Gabriele in virgine. Dicto
autem verbo ab angelo verbum factum est
caro in virgine. Hoc verbum ego sum qui
loquor tecum. Pater enim misit me
per semetipsum cum spiritu sancto in ventrem
virginis non sic quod angeli caruerint
visione et presencia dei mee. Sed ego
filius qui fui cum patre et filio et
spiritu sancto in ventre virginis idem eram
in celo cum patre et spiritu sancto in prospectu
angelorum omnia gubernans omnia
et sustentans licet humanitas mea
ante solo assumpta in ventre requieuit
matre. Ego igitur in deitate et humanitate in te
unus deus ad ostensionem caritatis
mee et in roboracionem fidei sancte non
dedignor loqui tecum. Licet humanitas
mea videatur esse intra te et loqui te-
cum verius tamen est quod anima tua et
intelligencia tua in me est et in
me nichil enim est michi impossi-
bile et nichil difficile in celo et in terra.
Ego quippe sum quasi rex potens qui
cum exercitu suo veniens ad civita-
tem omnia loca implet omnia oc-
cupat. Sic gracia mea omnia me-
bra tua replet omnia fortificat.
Ego denique sum intra et extra te.
Ego quamvis loquor tecum idem tamen
sum in gloria. Quid michi difficile
est qui potencia mea omnia sustento
sapiencia mea omnia dispono virtute
mea omnia supero. Ego sum cum patre

et filio et spiritu sancto. sine principio et sine
fine unus deus qui pro salute ho-
minum in humanitate assumpta de terra
illesa permanente me passus fui re-
surrexisse et ascendi nunc vocatur
locus Ego sum verus et summus impera-
tor et dominus. nullus enim dominus est
me excellentior nec ante me fuit
nec post me erit Sed omne dominium est
ante et per me ideo ego sum verus.
dominus nec aliquis verus dominus di-
cendus est nisi ego solus quia
ante me omnis potencia et omnis do-
minatio et potestas nec ullus re-
sistere potest Ego etiam sum rex coro-
natus corona ma[iestatis] tu/quam
dixi meum corone. et dignitas mea sine
principio erat et sine fine. erit et est hec
dignitas mitto corone assimilatur quia co-
rona sine principio et fine fine est. Sed autem
in regno corona similiter regi futuro-
pit dignitas mea similabatur significavit
mee quia ipsa coronatur. Ego autem
habui duos optimos famulos unus
erat clericus et alter erat laycus primus
erat petrus apostolus meus clericale
habens officium Secundus fuit apostolus
paulus qui laycus petrus fuit
alligatus coniugio qui videns quo-
niam cum officio clerici non posse continere
et rectitudinem mentis sue incontinen-
tia ~~pp~~ periclitari propter quod ius separauit
se cum tamen ad assumptione carnale
a coniugio quamuis licite et perfecta me-
te adhesit michi paulus autem ca-
stitate seruauit et se in immaculatum
a thoro custodiuit Ecce quam castitate
cum istis duobus feci nam petro dedi
claues regni celorum ut quecumque
ligaret et solueret interim ligata et

soluta essent in celis paulo vero
dedi ut similis fieret petro in gloria et
honore ideo pares quia sicut in terra si-
miles fuerunt et coniuncti Sic nunc in
celo in gloria coniuncti sunt et glorifica-
ti Sed licet istos duos expressisse no-
minatim tamen in eis et cum eis alios
pontifices et reges et amicos meos
intelligo quia sicut olim in lege ad
populum israel quasi ad unum hominem
loquebar. Cum tamen totum consilium
populum vocabam Sic nunc in istis duo-
bus plures intelligo. quos gloria mea
et caritate repleui procedente autem aliquo
tempore ceperunt mala multiplicari et
nimio in seruicii et pollicior solito
ad malum et et propterea utrorumque statum
clericorum et laycorum quos in petro
et paulo intitulaui intelligo con-
sulens primum clericos bonum ecclesie
ad utilitatem corporis moderate ha-
bent ut eo feruenciores et frequenciores
essent in seruicio meo placuit etiam
michi quod layci honeste viuerent
in coniugio sue iuxta ritum ecclesie
Sequitur Summus imperator excipit
disponit hic primo de regibus quomodo
reges christianos debent habere et dat
eis decem consilia vtilissima et
moralia

Ego sum verus rex et nullus
est dignus vocari rex nisi ego.
quia ante me omnis honor
et potestas Ego sum qui iudicaui
primum angelum qui cecidit propter super-
biam cupiditatem et inuidiam/
Ego sum qui iudicaui adam
et caym et totum mundum in imitta-
do propter hominum peccata diluuium/ Ego
quidem sum qui populum israel
permisi in captiuitatem venire et

cum in signis mirabilibus de cap-
tiuitate mirabiliter eduxi in me
est omnis iusticia et erit sine principio et
sine fine erit nec aliquando iusticia
minuitur apud me sed semper vera in me
permanet et immutabilis. Et quia
rex iste Swecie quesiuit a me humiliter
quod in regimine viuat iuste et prudenter
ideo ego indicabo ei decem. Primum sit fa-
ciendum ei primum est quod premoneat a
illos consiliarios quorum corda sunt a-
uarosa et cupida quorum lingwa du-
plex et dolosa quorum oculi sunt de
spu alia respicientes. Eligat vero illos qui
non vendunt iusticiam pro pecunia qui
exhorrescunt mendacium et assenta-
tiones qui diligunt deum plusquam
corporalia et qui proximorum miseriis
compaciuntur. Secundum est quod nolo quod
ipse rex adiungat suo consilio edi-
ficium monasterii mei cuius regulam
ego ipse dictaui. Tercium est quod ipse
mittat vasallos suos et gentes
ad illa loca infidelium vbi fides ca-
tholica et caritas dei potest nam
idem vasalli sui infecti sunt in
ciuitate Iohannis (?) quia ipse am-
biuit partem regni alieni paganorum
exercitum. Quartum est quod ipse rex legat cottidie
horas beate virginis matris mee
nisi eciam iudicia vel aliqua ar-
dua iminuerint (?) habuit dimittere pro
horas dici audiat eciam duas
missas scilicet vnam cantatam
omni die. Recordetur quoque omni die
quinque viribus duplicibus vulneribus meis
que pro eo sustinui in morte. Quintum est
quod teneat vigilias sanctorum et matris
mee que ab ecclesia sancta constitute
sunt. Sextam ut feriam ieiunet in
piscibus et sabbatum si voluerit in lac-
ticiniis. Quadragesimam vero ob-
seruet more maiorum patrum. Sed hoc

attendat in ieiunio suo quod sit mo-
deratus et temperatus ne propter ieiunia
incontinencia aut propter indiscretas
vigilias et prolixas orationes fiat
tepidus sit in consiliis aut responsis et
iudiciis faciendis. Sed quando maior
ei labor acciderit tunc obediat con-
silio et potestati et dispensacioni prelatorum
ecclesie mee. Sextum est quodquelibet
decimum denarium qui fisco regio debe-
tur tribuat in elemosinam pauperibus. Si
vero aliqua alia pie super erogare ob
amorem meum voluerit eciam de tempo-
ralibus maior tunc erit merces. Septimum
est quod omni sexta feria colliget xiij pau-
peres et lauet pedes eorum manu propria
et tribuat eis victum et pecuniam nisi for-
te sint inbia propter que alia sunt ob-
mittenda. Ipsa quoque feria sexta occupet
se totum quod habet residu-
um quietem et audiat illa die
querimonias subditorum ciuitatis
regni et vasallorum et de exactoribus
seu collectoribus tributorum et redditum
regalium. Octauum est quod ipse rex sit
discretus in donis suis ut sit vni
tribuat quod aliis non sit auarus et ei
cui pertinet maior et amplior labor
plusquam aliis donare voluit et hoc
faciat cum maturitate et cautela ne
notetur in rege inequalitas vel oc-
casio murmuracionis quia non sit re-
prehensibile impotentibus et dominis
est sicut prodigalitas aut nimia
tenacitas et nichil tam decet et or-
nat regem sicut impertiri cum modestia
et laborantes in seruicio suo remune-
rare cum caritate. Poterit eciam rex
dona sua dare concivibus consanguineis
paca regno suo et hiis qui necessa-
rium sed tamen hoc faciat quod vasalli
et familiares proprii non negligantur aut

oblivioni tradantur. Nonum est quod lege Dei non
transgrediatur nec novas iniquitates con-
9 stituat nec statuta laudabilia
nec potestate disponet et iudicet
que occurrunt menti eius. Sed iuste
secundum legem Dei et regni agat omnia quia
non decet regem multa precipere et nichil
agere iustitiam quam relinquere et crudeliter
imperare. Decimum est quod rex se talem
operibus exhibeat qualiter dignus
sit nomine regis fugiendo cupiditatem et
diligendo veritatem humiliter. Quia quanto
rex maior est ceteris tanto humilior
sit coram Deo a quo omnis potestas est quia
ita in iudicio rerum secretarum coniget
a rege sicut de plebe et populo. Summus
imperator Christus disponit hic quod precioses
portent reges honestum habitum et nobilio-
rem in signum dignitatis et preemi-
nentie et dicit quibus diebus sol-
lempnibus debet portare coronam
regalem etc.

Alius de loquela loquitur quod
homo quotempore sit obediens
Deo solo necesse est ut obedi-
at homini sibi subiecto. Et quia rex a Deo
constituitur ad iudicandum et regendum
iuste solo dignum est ut honoretur
et timeatur a subditis. Ergo ut rex
discernatur ab aliis necesse est ut habitum
disparem et honestum et honorabiliorem
pre aliis habeat quia sicut honor regis
iusticie est iudicium, sic honor plebis est
pulchritudo regis et honestas eius.
Propterea permittitur regi habitus honorabilis
et honestus quem tamen portantes non su-
perbiant ex permissione sed humiliter
se considerando omnis officii sui.
His autem diebus debet rex portare
coronam in capite scilicet in die nativitatis
nec apparicionis pasce resurrectionis

penthecostes ascensionis assump-
cionis matris nec virginis exal-
tacionis sancte crucis omnium sanctorum et
omnibus illis diebus quibus in dia-
gmata tenet et diebus illis quibus
milites facere debet. Nam sicut in die-
bus festivis humanitatis nec glorifi-
cacionis factoris nostri totus ex-
ultat celestis exercitus propter beneficia
mea sic de iusticia regis que notatur
in corona gaudere debeat vigil [illegible]
et de retribucione regis iusti exultat
tota curia celestis. Summus imperator
Christus dat hic dicere quod plura salubria
regibus quibus debeant regere se
et regna subiecta.

Alius de loquitur ad preponendum dicens
Dixi regi primus quosdam gradus
per quos ascenditur sicut ad cele-
stia quos si tenuerit et servaverit
tanta felicitate ascendet ad celum
sicut ille qui vitam tenet contempla-
tivam. Nunc autem simpliciter volo regi
decem precepta. Primum est in mensa
sua non sit solus sed cum aliquibus
suis sibi subditis sedeat qui ex
sua presentia consolabuntur spiritualiter
et corporaliter quia ex hoc apertis
et in honestatibus solatium. Secun-
do consilium est quod per mensam stare
poterit et honeste modicum solaciari
quia ex simili collocucione et colla-
cione domestica subditorum acquirit
gratiam et amorem. Et tunc audiat
multorum raciones et opiniones
aut mutandas aut reprobandas.
Tercium consilium est quod in omnibus in
dictis et operibus suis sit miseri-
cors et iustus ut nec propter ami-
ciciam vel falsam compassionem
nec propter placitum suum aut
propter temporalem valorem seu timorem

dimittat decernere iusticiam nec propter iram
seu impacienciam negligat aut
obliuiscatur misericordiam quia misericordia necessaria
est regi diuini amoris et iudicia miseri-
cordie aut parcius anima iusticie devi-
ac. Quintum consilium est quod rex non com-
mittat regimina et iudicia sua
facienda illis quos scit esse
prauos et cupidos aut illis qui
fraudulenter sciunt extorquere pe-
cunias quia tales faciliter declinant
iusticiam. Sextum inquirat rex illos
qui ante bene ordinati progeni-
torum suorum bona imitantur vestigia
bona et qui opera iusticie diligunt
quos ditari optimum est et quod continue
inquirat rex qualiter obseruatur lex
et iusticia in regno suo et illos
quos delinquentes corrigere poterit
non dimittat impunitos et caueat
quod non nimis augeat pecunias
et emendas a delinquentibus nec
aliqua calliditate opprimat inno-
centes. sed cum humilibus agat mi-
tius et superbos puniat inordinatos
secundum temporibus iusticiam et misericordiam et
ubi misericordiam similiter iudicet magis
super exaltet iniquitati. Septimum
quod continue rex discuciat iudicia
et opera sua et si quod faciliter et subito
mentis impulsu errasse se vide-
rit non erubescat se corrigere vel
retractare que male sunt acta ita
tempore sapientior David qui etiam
errauit nec senator propheta qui audiens
mendacium oracionis est altiore. Sep-
timum est quod non sit nimis festinus
in agendis sed prudens rerum spectus
considerando. Sine negociorum in-
mutatu etiam consiliis sapientum et
expertorum et timencium deum quibus
et obediat et se ipsum non abscondat
ab eis quia de generali et suspiciosi

est animi consiliarios probatos habere
superbos et consilia maturis et sobrie-
tatum adulantibus et assentatoribus
retractet. Decimum consilium est quod caueat
ad leuitatem verborum et mox in moribus
et apud familiares et domesticos
suos fugiat quia adulatores et
assentatores quasi scorpionum ca-
cum fouent imperitos et scandalizant
bonos. Nonum tamen conuenit esse regi
quod contineatur animalibus honore appe-
tentibus laude appetentibus amplius
et ab oppressis cordiali de paupertatibus.
Nonum est quod non contemnet hos qui
ab ecclesia excommunicati sunt nec foueat
eos qui deum et mandata eius deri-
dent. sed informet eos verbis ac
animo in omnibus caritatiuis et si
respuunt vendat eis sentencias
et subtrahat eis beneficia sua. Nam honor
regis est diuina scilicet omnia diligere et
honorem dei suis viribus augmen-
tare. Decimum est quod populum et omnem
regni sui diligat milites suos
clemens protegat et beneficia precium
insignibus recordetur. Imperator christianus
consulit regibus quod aliquando legat
exempla sanctorum quibus corda excitantur
ad deum et dat vni regi duos
spirituales optimos ut eis obediat
et ut alii reges ad similia prouocentur.

Capitulum XV.

Loquitur ad sponsam dicens
de quodam rege quod domum
non habens faciat sibi edificari au-
laria seu cantheriolis. Sic rex
iste primo oratis quam pueribus
faciat sibi legi opera sanctorum exem-
pla et gesta sanctorum quibus excita-
bitur animus suus ad deum et ad dispositionem
quo interdum inter curas regni ho-
nestis solaciis possit se occupare

Insuper constituo ei duos amicos meos qui sunt ei quasi duo oculi de quorum uno habebit consolationem et panem de alio vero vinum et medicinam. Et primus indicabit ei quomodo et quantum peccat et quomodo satisfaciat de peccatis quomodo consolari possit in tribulatione quomodo mitigare me possit iratum. Et de secundo habebit sapientiam scripturarum et consolationem iustiorum et prudentiam regendi et defendendi regnum suum. Igitur si istis obediet et adhibebit proficiet ad deum. Nec tamen istis duobus sic obediat quod alios consiliarios contempnat sed cum istis audiat plurimorum consilia et eligat cum deliberatione meliora.

Imperator christus docet reges diligere populos subditos tenendo certos modos regiminis propter quos et quod amoveat consuetudines iniustas et pravas. ca. 7

Filius dei loquitur ad sponsam. Dixi prius quod rex diligeret populum et communitatem regni sui. Tunc autem ostendit se diligere eum quando eum permittit uti legibus approbatis. Si super communitatem et populum ~~et~~ crudeles non diriguntur exactores et collectores. Si novis adinventionibus et impositionibus tribulationum non oneratur populus. Si hospitalitate onere vero sollicita non aggravatur. Poterit tamen rex ad impugnationem infidelium humiliter petere auxilium a populo et communitate regni si necessitas. Sed caveat quod necessitas non veniat in consuetudinem et legem. Studeat etiam rex amovere consuetudines contrarias saluti animarum et maxime illam durissimam antiquam que continet quod qui naves in littore periclitantur sive periclitantur tempestate durante navem vel naufragio mortuorum privantur bonis que littori adheserunt. Quia in pessimum cedit ac afflicto afflictionem addere. Sufficit enim afflicto ad cumulum doloris sui perdere navem ut bona alia non distrahantur. Ergo rex istam consuetudinem et alias pravas et iniustas evellat a regno suo et inveniat maiorem graciam et perfectam in oculis meis.

Cristus imperator dicit regibus quod si volunt eum honorare sequantur precepta et mandata eius et augeant honorem eius in amando animas subditorum quas ipse redemit suo proprio sanguine. ca. 8

Filius dei loquitur ad sponsam de quodam rege Swecie dicens. Si iste rex velit me honorare minuat primo de decimis meis et augeat honorem meum de decimis meis. Quippe cum quod precepta mea que precepi et verba que per prophetas locutus sum contempnuntur et quasi a pluribus pro nichilo reputantur. Si igitur ipse velit me diligere habeat de cetero maiorem caritatem ad animas quam parentibus ego appendi in cruce cum sanguine cordis mei. Si autem plus desiderat propter quod est cum deo quam dilatare patrimonium suum habebit profecto maiorem delectationem et auxilium a deo. Remittet locum illum ubi in quo iacuit mortuum corpus. Dic et insuper tu que hec audis ego deus promisi cum conari idcirco ad ipsum pertinet plus precepti voluntarie mei et me super omnia honorare et diligere. Quod si non fecerit breviabuntur dies eius. Hii quoque qui consulunt eum diligunt separabuntur ab eo cum tribulatione et regnum eius in plures partes dividetur. Quoniam

Imperator excelsus ad ostendendum
regibus quod regine debet eligi de-
vote et sincere ostendit hic exempla-
rem qui elegit inter omnes feminas
virtuosiorem omni virtute in imperium
et reginam celorum

Ihesus filius loquitur matri sue dicens
Ego sum coronatus rex in deitate
mea sine principio et sine fine
nec initium habet corona mea nec finem
significans potestatem meam que non habet
principium nec habebit finem. Verum et
ego habui aliam coronam custoditam
in me que quidem corona preparata fuit
illi regine que super omnes maiorem
caritatem haberet ad me. Et hanc coronam
dulcissima mater mea vicisti et attra-
xisti ad te tu cum iusticia et caritate
tua. Nam de hoc testimonium perhibent
angeli et alii sancti quod in te ardentior
fuit caritas ad me et castitas tua
purior omnibus que placuit michi
super. Caput quippe tuum erat quasi aurum ful-
gens et capilli tui quasi radii solis quia
tua mundissima virginitas que est in te geni-
tricia omnium complacitorum motuum pla-
cuit et fulserunt in conspectu meo cum
omni humilitate. Et ideo merito vocaris
coronata regina super omnia que creata
sunt. Regina propter mundiciam
coronata propter excellentiam dignitatis. Frons
tua fuit incomparabilis albedinis
significans verecundiam consciencie tue in qua
plenitudo est humane sciencie et
dulcedo divine sapiencie latet in ea. [illegible]
oculi tui erant in conspectu patris
mei sic lucidi quod se speculabatur in
eis quia in spirituali visu tuo et in-
tellectu anime tue videbat pater omnem
voluntatem tuam quod scilicet non volebas
nisi ipsum et nichil desiderabas nisi
secundum ipsum. Aures tue erant mun-
dissime et aperte tamquam fenestre pul-
cherrime quando dixit tibi Gabriel

angelus velle meum et quando ego deus
filius sum inter te cum. Gene tue erant
de optimo colore scilicet albo et rubicundo
quia fama operum tuorum laudabilium
et pulchritudo morum tuorum placuit
michi quibus cottidie inflammabaris.
Vere ex pulchritudine morum tuorum
gaudebat deus pater meus et numquam
avertit oculos suos a te et ex caritate
tua omnes optinuerunt caritatem. Os tuum
erat quasi lampas intus ardens et
lucens ab extra quia verba et affectiones
tue anime erant ardentes interius di-
vina intelligentia et exterius splen-
dentes et disposicione laudabilium tuorum
motuum corporalium et concordantia pul-
cherrima tuarum virtutum. Verbum mater-
num vero oris tui traxit quodammodo
deitatem meam ad te et fervor di-
lectionis tue numquam separavit te a me
quia verba tua dulcia sunt super mel
et favum. Collum tuum est pulcherrime erectum
et nobiliter elevatum quia iusticia anime
tue plene est erecta ad me et sequitur
velle meum nobilis quia numquam in-
clinata fuit ad aliquid malum superbie.
Sicut enim collum et cannam cum capite
sic tota intencio et operatio tua flec-
titur ad voluntatem meam. Pectus quoque
tuum erat omnium virtutum suavitate in-
tantum quod non est aliquod bonum in me
quod non est in te quia traxisti omne bo-
num in te ex moribus tuorum dulcedine
quando divinitati mee complacuit intrare ad te
et humanitati mee habitare tecum et bibere
lac mamillarum tuarum. Brachia
tua pulchra erant verius propter
obedienciam et tollerantiam laborum
ideo corporales manus tetigerunt
humanitatem meam et quievi simul
inter brachia tua cum deitate mea. Ven-
ter tuus mundissimus sicut ebur
et sicut preciosus locus choruscans
ex virtuosis lapidibus splendidissimis

quia constancia gracie tue et fidei
numquam tepuit nec in tribulacione
potuit vacillari. Sanguis ita et [?]
in fidei tue picti sunt quasi auro
fulgentissimo. In quibus notatur for-
titudo virtutum tuarum et prudencia tua
et iusticia et temperancia tua perfecta per-
severancia quia ipse omnes virtutes
tue perfecte sunt divina caritate. Pedes
tui mundissimi et loti erant et quasi
plantis herbis odoriferis quia pedes
et affectus anime tue erant recta ad
me deum tuum et odorifera ad alio-
rum exempla et imitacionem. Locus
vero tui tam spiritualis quam corporalis tan-
tum michi erat delectabilis et tam ani-
ma tua michi placita quod a summo celo
descendi ad te et in te morari non ab-
horrui immo suavissime delectatus
sum. Ideo mater beatissima tamquam illa
originalis paradisi que custodiebatur
in me que quamvis corona sit ego
deus qui debellavi malivolos nulli
debuit imponi nisi soli tibi que
es mea mater et virgo et imperatrix omnium
reginarum. Imperator Christus loquens
sponse de quadam regina noviter
sponsata regi dicit quod ex illo coniugio
non oritur salus regno sed tribulacio
quia ipsa de dampnato semine ab
ecclesia nata est et infra etatem le-
gittimam desponsata etc.

Filius dei loquitur sponse de qua-
dam regina que cum rege ac-
cepit in coniugium de semine
dampnato ab ecclesia et infra etatem
legittimam. Quia [?] filia et sanguis
ex quo in coniugio tenetur etas et con-
sensus legittimus sed in istis nichil
horum est et ideo istud matrimonium simile
propius est ludo puerili quam gloria
temporalis ab istis queritur et non lex di-
vina et honor dei et ideo ex isto coniu-
gio oritur tribulacio et non salus regni.

Et licet ista novella regina filia
parentum dampnatorum ab ecclesia non por-
tabit iniquitatem patris, mater tamen
de semine provocantis vindictam divinam venit
propterea salus et fructus et ideo pater
monuit filium suum uxorem recipere
de generacione sua nec ipse contempnetur
a populo cui nocet erit deus. Mater
dei monet quandam reginam inclitam
moribus quod mutat se ad deum dan-
do de se flores et folia et fructum
virtutum loquendo et audiendo bona
et amando deum et proximum etc.

Mater dei loquitur v.
Sponse dicens dic regine
quod ego mater nunc recepi eam
tamquam [?] impono arbusto quod
non erat pulcher ad videndum sed
amarus ad gustandum et insipi-
dus ad [?] sibi talem pla-
tam aliquam intravi longinquum ut
portaret fructum bonum. Ergo sicut
arbores proferunt de se flores folia
et fructus sic ipsa debet portare
folia virtutum scilicet audiendo libenter
verba dei que utilia sunt anime et similia
foliis arborum loquatur eciam illa que
honoris sunt dei et utilitatis proximorum
quia tunc portat pulchriores flores
diligat quoque deum et proximum et tunc
habet ~~[illegible]~~ fructum optimum.
Sed ipsa nunc loquitur libenter similia
et ea quibus acquiritur per mundi
honorem et favorem et ideo mutat
se ad me parando filio meo auditum
et locucione et opere caritatis fructum
illum qui ei dulcius sapit hoc est
animam suam ipse preordinavit de qua
dicat possidere. Christus imperator
reprobat unum votum continencie co-
niugalis quod quidam rex et regina
coniuges vovent sine consilio et deli-
beracione matura ne inde malum

malum et detractio oritur. Capitulum
xxx.

Regina habuit duos filios. Voluit vero tum castitatem continentie inter se servare, super quod requisita sponsa ut oraret deum, Christus apparens dixit ei. Capitulum dicit quod homo raro presumat separare quod deus coniunxit, quia eum laudat unitatem illud quod rationabiliter in lege dei approbatum factum est. Verum coniuncta causa carnale bonum quando permutatur in spirituale bonum et tunc non est solutio coniugii sed translacio quedam, quando ambo cum deliberatione bona et consilio consentiunt in melius bonum propter caritatem dei. Sed iste rex et regina consenserunt in bonum apparens bonum sed non discretum, quia altera pars consentit voto continentie potiori voto et zelo indiscreto et levitate animi, altera vero pars ex quadam placita et impulsu subito et causa fugiendi dolores. Ideo cautius est et laudabilius est redire ad priorem legem matrimonialis copule, ne forte indiscrete continuaverint et temptationes acreverint et placentie dissipati propositi accesserit onerosius inde murmur et occasio delinquendi. Verum tamen mystici faciant consilium secundum consilia sapientum, quia non est peccatum votum taliter sapienter quod indiscrete inchoatum et attemptatum est. Christus docet hic reges cum quadam discretione debeant respicere uxores suas et monet pulchre quomodo regina debet cogitare quod sit humilis et quod passima miseriis plena taliter prudens et modesta etc.

Filius dei loquitur ad sponsam dicens ubi avaritia est mixta cor non est purum et propter (?)

evellenda sed paulatim et leniter resecanda. Sic mulier bona est et diligenda. Sed cum homini tendenti ad perfectionem quandoque impedimentum est, et ideo homo qui ligatus est ad uxorem (?) ubi videt periculum suum quandoque lenibus verbis utatur more monitoris, quandoque moderate senioribus more doctoris, quandoque more medici resecationibus. Qualiter prudenter audienda est ut consolatione modeste et forte arguenda, non tamen tempore honeste erudienda, et quandoque non audienda ne instet dimittatur. Propterea ad reginam pertinet humilitas animi, modestia operum, prudentia agendorum, compassio miserorum. Nam per prudentiam mulieris mitigatus est David ne faceret peccatum homicidii. (?) Hester ad regnum pervenerat. Sed superbia et cupiditate deiecta Iezabel a mala morte (?), quia compassionem et caritatem facta est omnium mater in celo et mundo. Ergo quia regina ista perficit amare consilium, vide ei opportune et dic ei quod ipsa habet aliquas infusiones et suggestiones a duobus spiritibus, scilicet a bono et a malo, quos ego indicabo tibi alia vice. Christus ostendit sponse cogitationes suggestionum boni et mali spiritus que in corde regine super proximo dictabant inter se, et docuit dominus quid ipsa de illis debeat eligere.

Filius loquitur sponse dicens a duobus spiritibus suggeruntur et infunduntur cogitationes et infusiones cordibus hominum, scilicet a bono spiritu et a malo. Bonus namque spiritus suadet homini futura celestia cogitare et temporalia non amare. Spiritus vero malus suadet homini diligere illa presentia et que homo videt, elongat peccata, allegat infirmitates et proponit exempla infirmorum. Ecce dico tibi exemplum quo uterque spiritus inflammat suggestionibus cor illius regine. Loquar ita alias dixi

tibi Spiritus quippe bonus dicit et ita
suggerens cogitacionibus suis divicie
inquid sunt honerose honor mundi alia
vanitas mendicitatem quoque sustinere inevita
bile et tortor nimis durus ideo videtur
michi esse nimis durum obligari ad re
ddendum strictissimam racionem in iudicio pro
diviciis transitoriis spirituale dedecus
et vituperium reputatur pacere et tanto
longa tribulacione sustinere pro delecta=
mento momentaneo ei quoque racionem
reddere cui omnia nota sunt numquam stat
quocirca tutius est dimittere multa et ob
ligari ad reddendum in morem racionem
quam pluribus involui et teneri ad redde=
ndum longam et onerosam racionem Audit
etenim spiritus malus suis suggestio
nibus et malignis inmissionibus
dimitte inquit tales cogitaciones quia
deus mitis est et facilis placatur pos
side bona audacter et da que possides
largiter quia ad divicie tibi date
sunt ut operis laudis et ebrias te pe
tenti Si enim dimittis divicias eis
similias illis qui tibi servierunt mi=
nuetur honor tuus et augebitur
despecto quia propria pauper vadit
sine consolacione durum est tibi nomen
assueti consuetudinibus et alienis
moribus et contrariis dominacione car
nem et sine servitoribus et famulo vi
vere ideo stabilis esto in homine ac
cepto Tene statum tuum regaliter
dispone domum tuam laudabiliter
ne si mutaveris statum tuum ar=
guaris inconstancie sed pocius ma
ne in incepto et eris apud deum et
homines gloriosus Iterum spiritus bonus
suadet menti illius regime sic dicens
Stacio duo esse celum celum scilicet in fu
turo omne cum homo qui deum
diligit ex caritate super omnia non ut=
bit infernum eciam qui non diligit deum

non habebit celum pro quo igitur ad
celum intrassit ipse deus homo factus
confirmans ea signis et morte sua quod
quam gloriosa sunt celestia quam amara
est dyaboli malicia et quam vana sunt
terrena ipsum enim deum imitati sunt
mater eius et omnes sancti qui omnem
penam sustinere omnia que amittere magis
voluerunt quam scriptos contempserunt
ne perderent celestia et terrena Et ideo
tucius est dimittere honores et di
vicias tempestive quam tenere eas
usque in fine ne forte crescente do
lore in extremis deficiat tunc me
moria delictorum et tunc capiant
omnes divicias congregatas qui de
salute anime nichil curant
Audit e contra mala inmissio dyaboli
dimitte inquid illa cogitacione vana
nos fugimus sumus homines infirmi
Ipse enim deus et homo non debemus
comparare opera nostra ad opera sanctorum
quibus et maior gracia et familiari=
tas erat cum deo sufficiat enim nobis
sperare celum et merito in fine
nam propter vitam et peccata nostra elemosinis
et oracionibus redimere preterire [?] nam
est et insipientum hominum insolita
assumere et ea non posse consumare
Iterum respondit bona inmissio indig
num inquid assistere statim sed tamen
valde tutum est conari ad perfectionem
paulatim quid enim obest aggredi
insolita nam potens est deus
dare ad intollerandum Sepe enim contingit
quod vita diu potentis et divitis sequitur
homo pauper et hic dives ille potens
cicius pervenit ad hospitale delicatus
quod [illegible] fruitur et in molli quiescit
lecto pauper tamen nichilominus
ad idem hospitale pervenit languidus

et ibidem cum reliquiis aliorum domini
participare. Burchardus vir dum sciuisset
fuisset hospitari quod deum requisisset
tibus dum visus non fuisset. Sic et ego
dico nunc quod quamvis indigna sim plan-
tis tamen volo aggredi viam post eos
ut saltem possim initiis participare eo-
rum. Nam duo sunt que sollicitant
me in malo. Primo si mansero in propria
superbi dicant michi amor parentum qui
invicem petunt deprimit mentem meam
superfluitas familie et vestium est michi
onerosa. Ideo delectant me ea con-
siliarium et dependere de peccatis superbie
et peregrinando humiliare corporis mei
quia permanere in statu honoris et peccata
peccatis accumulare. Secundo sollicitat me pa-
upertas ipsi et eorum clamor quod ubi
debemus invicem cottidie peccata mea
quo. Ideo unum est michi consilium
Hec bonum. Vidit mala infusio et sug-
gestio dyabolica: peregrinari inquid non est
nisi inconstantis animi. Cum non ac-
ceptior est deo omni sacrificio. Si eum
recedis de propria cupidi homines fama
tua audita spoliabunt et capient
te. Et tunc prohibitate seviens ca-
ptivitatem redimens paupertatem pro hono-
re decus et quiete tribulacionem. Vi-
dit illum in privato spiritus boni. Au-
divi inquid quendam captivum pos-
itum in turri qui maiorem consolacionem
habebat in captivitate et tenebris quam
umquam prius habuerat in habundancia
et consolacione temporali. Et ideo si placet
deo me tribulari erit michi in ma-
nitum. Ipse enim promptus est ad con-
solandum et propriis ad subveni-
endum maxime si ego non aggrediar
de propria mea peccatis purgandis meis
et ad emendandum dimanum vitatem (?). Vi-
dit iterum mala infusio et dyabolica sug-
gestio et inde magis sum indiget
prius consolacione divina et fueris

impaciens ad paupertatem et humilitatem
tunc enim penitebit te assumpsisse ri-
gorem. Tunc habebis baculum in mani-
bus, parvulo panniculum in capite
comam et vile saccum pro preciosa indu-
mento. Vidit tamen bonus spiritus. Audivi
inquid quod sancta Elizabeth filia regis
hungarie delicate enutrita et nobiliter
nupta magnam sustinuit paupertatem
et deiectionem que maiorem consolacionem
obtinuit adeo in paupertate et publicamo-
rem tamen quam si mansisset in omni
honore mundi et eius consolacione.
Iterum vidit mala inspiracio: quid magis
facies si tradiderit te deus in manum
hominum fuis quod violata in corpore magis
pudore subsistere poteris? Michi non in-
consolabiliter dolebis de perdicione
tua et tota generacio tua scandalizata
lugebit. Tunc etiam confinget tibi im-
paciencia: tunc anxietas in corde
et magnitudo ad deum. Tunc optabis
mortem et eam in ore eorum fueris
diffamata magis audebis apparere.
Iterum vidit bona cogitacio: Audivi
inquid conscriptum quod virgo beata lucia
ducta ad lupanar constanter et fide-
liter confidens de bonitate dei dixit: Centu-
plicata corpus meum nichilominus
virgo sum et duplicabitur michi corona.
Cum sic respiciens deus servavit
eam illesam. Sic ego dico deus
enim qui neminem permittit temptari
super vires custodiet etiam meam
fidem voluntatem meam. Ego namque
totam me ei committo fiat eius
voluntas in me. Ergo quod reginam
illa huius pulsatur cogitacionibus
ideo amoneo eam de tribus. Primo
quod reducat ad memoriam ad quem
honorem et statum vel qualem
civitatem ei deus in coniugio suo
ostenderat. Secundo quando benigne in

habitat immortalitate similata est et itaque
in tanto carnis doloribus primo exprimi
redditura est deo de omnibus bonis
suis temporalibus et adhuc etiam de quali-
bet obulo siliquo quo habuit et quo ex-
pendit Secundo quod tempus suum valde est
breve et nescit cum quando cessabit Tercio
quod deus non potest in iudicio plus dice-
quam anxillo Primo consulo ei ut primo
peniteat de commissis et quod emendet sive
tempore confessa et studeat deum di-
ligere ex toto corde Secundo consulo
ei fugare racionabiliter penam purga-
torii quia enim qui non diligit deum toto
corde dignus est supplicio Sic cum
qui non emendat peccata sua tamen potest
dignus est purgatorio Tercio consulo ei
dimittere amicicias carnales ad tempus
propter deum et veniat ad Romam ubi
compendium est inter celum et mortem et
ad fugiendam penam purgatorii quia
ibi sunt indulgencie que sunt elacio-
nes et redempciones animarum quas
sancti pontifices conscripserunt et sancti
dei pro sanguine promeruerunt Cristus
dicit sponse de Regina Cypri super dicta
capitulum reputat exemplum de dicta que
ideo auctoritatem ei quod nisi obediverit cito vi-
ta eius erit brevis et non reddendi
[illegible] et finis dolorosus

Cristus loquitur ad sponsam dicens Re-
gina supra Cypri dicta de Re-
gina illa accipiat prius diversa
tibi exemplum que sunt anime pretiosa et
audita consilia que dedi ei videntur sibi
gravissima et ideo modo dico ei quod erat
quedam regina tempore Helie prophete que di-
lexit quietem suam plus quam me et pro-
sequebatur verba caritatis et credebat stare
prudenciam suam ideo contingit quod
non solum contempta et despecta fuit
ab omnibus sicut honorata sed etiam
in morte sua tribulata fuit Et

preciosa est deus qui clarius video
et scio futura dico tibi isti regine
quod tempus suum breve est computus
eius redditum et iudicium iudicis fines
et finis suus non sed quasi eius erit nisi obe-
dierit ab his nunc Sancta Agnes expo-
nit sponse bonum currum malum pom-
posum in quo quedam regina superba
sedebat dicens quod ille currus superbi-
am quantum ad rotas vicerunt cuius auriga
est dyabolus et describit alium currum
spiritualem cuius auriga angelus est
et cetera Capitulum vi

B Sancta Agnes apparuit sponse
Cristi et loquebatur ei de quadam
regina superba et pomposa
dicens Vidisti filia currum superba
incurvi superbie hodie Cui videt
sponsa vidi inquit et habitabat
quia cavo et sanguinis pulvis et
stercus ibi laudari quiverit ubi multo
debet per humiliari Quando enim est talis
ostentacio nisi prodigii donorum dei
per superbos vulgi admiracio instabilio
tribulacio pompis de palacio dei pro
bitacio sui ipsius oblivio iudicii
